SERENISS. CAROLO
EMANVELLI A SABAVDIA
Pedemontium Principi, &c.

6

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ioannes Franciſcus Arma Medicus.
S. O. Q.

DEcreueram Sereniſsime Princeps, me non amplius de re tali alloquuturum fore, quia ſatis abunde in prima parte dictum fuit, ſed vt fatuas Vulgi inuectiuas, & ineptas eius impoſturas reflectem, cogor iterum aliquid. A.S. enarrare, ne res in ancipiti apud vulgares idiotas relinquatur. Ob id manifeſtum eſt, Sereniſsime Mecœnas, antiquiſsimam vigere conſuetudinem, & paſſim a doctis, non ſine cauſa comprobatam, vt ſi quos ſudores ac vigilias in lucem eſſent ędituri, aſcriberent & aliquibus Heroibus dicarent, qui virtute, authoritate, ac potentia longè cœteros præſtarent. Non ſine ratione & cauſa, quia, quum nihil ſit ita iuſtum, ſanctum, ac perfectum, quod non maleuolorum dentibus laceretur: Quæſitarunt tota induſtria ſibi huiuſmodi aſcriptionibus ac ditationibus contutores, ac patronos (vt ita dicam) vel Mecœnates, qui vnà ab inuidorum omnium & detractorum calumnijs, & maleuolorũ venenoſis morſibus, ipſos tuerentur. Vnum eſt igitur, Princeps Sereniſsime, vt hoc ſtudiorum meorũ monumentum hilari atq; exporrecta fronte ſuſcipias, idq;

Digitized by Google

à maleuolorum venenatis morſi bus, alienæq; virtutis oſoribus ſtrenue defendas. Ordior igitur diſcurſum ad hunc modum. Interea valeat Altitudo S. quam Omnipotens diu ſeruet incolumen. Taurini ſexto Nonas Iulij. 1576.

Io. Franciſco Armę Medico pręſtantiſsimo, Iacobus Caldanus Eporedienſis.

Mæonidi quantum diuino debet Achilles
Altiſono quantum, Romaq; Virgilio,
ARMA, tibi tantum debent & cous, & omnis
Qui ſequitur Coi dogmata docta ſenis.

Eidem Liuinus à Zucca Gandenſis.

Armiger Arma, nouis armare fidelius armis
Quæ cudit multa Mulciber arte tibi,
Inuidiam ſupera dextra, velut hactenus: Idem
Præbebit pugnas, & quibus ARMA, ſeces.

Digitized by Google

SEREN. D. D. NOSTRI DVCIS MEDICI IO. FRANCISCI ARMAE CLAVASSIANI,

Secunda Pars Quæſtionis.

Quod Medicina ſit Scientia & non Ars, in Dialogos deducta, incipit.

Interlocutores extant: Arma,& Vulgus.

A R M A.

O BONI Superi,quis nam eſt hic curſor,qui huc cum talaribus aduenit,adducta fronte? O Apella,ò Zeuſis cur iam mortui eſtis,vos peterem vt hunc, ocreatum pingeretis? Certè mirari ſatis non poſſum,cur tam celeri curſu ad me aduolare videatur, hic, qui quantum ad galerum attinet, videtur mihi Actæon :ad vocem,carduellis arcadica: ad talaria,Mercurius:ad mores,Terſites: id totius corporis effigiem, Zoilus.V. Ain Arma amice,quid ſatis?A. At tu quo ore id pronuncias?Ego per ſanctam Neaphiſſam non ſperabam te amplius viſurum. V. inſperata accidunt magis ſæpe, quam quæ ſperes.A. Ego verò niſi vererer ,neforte iocari tecum videar,dicerem: Vt plurimum nimio celerius venire quod moleſtum eſt, quam id quod cupide petas.V.Noli iraſci domine Arma. Hoc ſcito,quod inimicitiæ ex verbis naſcuntur.A.Vt amici volunt ſuum amicum eſſe, ita ille ſolet.Si tibi ſimilis eſſem,tacuiſſe malem. Cur huc adueniſti? V.Vt tecum non pauca aloquerer, ad te aduolaui.A. Sine pennis volare,haud facilè eſt. Loquere. V. Iam, ò Arma, inſipientia eſt, iram in promptu gerere.A. Meretricis, ò Vulge, officium operaris. V. Quid operatur meretrix? A. Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod cupit,rapit.Quid vis?Quid dicis?incipe.V.Ego,

vt

vt incipiam, nõnulla in quæſtione tua, quæ vere adducenda ſunt, adducam: & quæ certe lituranda ſunt, carpam. A. Erubeſcos interloquendo. Quiſquis enim pudore afficitur, atque erubeſcit, opinionem prauitatis formidat. V. Formidat vere. Inuendibili merce oportet vltro emptorem adducere. A. Perperam ac præter decorum delirat hic Vulgus, & Vulgi verbis quid ſtultius eſſe poteſt, non video. Dicam primum: Cum omnes, qui mentis quoquo modo compotes ſunt, in operis cuiuslibet uel magni, vel parui principio inuocare Deum ſoleant, quanto nos æquius eſt, de tali, & tanta ſcientia diſputaturos, niſi forte deſipiamus, inuocare diuinã opem? V. Quid eſt inuocare Deum? A. In ſe vocare per affectum, & deuotum cultum: ſecundum beatum Thomam ſuper Epiſtola ad Romanos decima. V. Differt ne inuocatio, ab oratione? A. Sunt ferme idem. Eſt autem, oratio, vt diuo Auguſtino placuit, dicentis pius affectus in Deum. Vel eſt, vt ſenſit beatus Thomas ſecunda ſecundæ q. 83. ar. 4. oris ratio per quam noſtri cordis intima manifeſtamus Deo. Vel eſt petitio decentium a Deo. Vel mentis aſcenſus in Deum, vt etiam voluit allegatus loco citato ar. 1. V. Quid requirit iſta oratio vel inuocatio? Hoc nunc a te ſcire aueo. A. Vulge perforatum geris doliũ, ſi dicere licet. Iſtud theologale eſt, nolo mittere manũ in alienam chirothecam. Dicerem certe aliqua, ſed quia non ſunt præſentis contentionis omitto. V. Dicas quæſo. A. Non ſunt miſcenda ſacra prophanis. V. Si orandum eſt, ſcire igitur oportet, quid oratio denotet. Dicas dicas. Hæc non eſt blaſphœmia. A. Dicam poſtquam ita auide appetis. Certum enim admodum eſt, & errant, impudentiſsime, qui aliter ſentiunt, quod ipſa eſt quædam ſanctificandi poteſtas oranti, vel inuocanti diuinitus inſita, vt ſi ſit ad hoc ipſum a Deo ſic ordinata; quales pleraſque legimus in ſacris Bibliæ eloquijs: vel ſi ſit virtute Spiritus ſancti ex ordinatione ſacræ matris Eccleſiæ ad hoc inſtituta: eiuſmodi plures etiam paſsim extant: aut ineſt hæc ſanctimonia ipſi orationi, non ſolum virtute inſtitutionis, ſed commemorationis rerum ſacrarum, vtputa ſacrarum literarum, hiſtoriarum, miraculorum, operum, effectuum, gratiarum, promiſsio-

num,

num, ſacramentorum, ac ſacramentalium, quæ rei enarrandæ, uel impetrandæ proprie, vel improprie, vel per ſimilitudinem aliquam cohærere videbuntur. Nolo longius iec, nec altius inueſtigare ſufficiant, quæ dicta ſunt. Relinquamus iſta veritatis exquiſitoribus diligẽtius penſitanda. V. Perge amabo. A. Aquam a pumice nunc poſtulas. Sine vt orem. V. Ora. A. Domine Deus noſter, qui populo Iſraelitico gratiam per mare rubrũ, ſico pede, ad perſum Pharaonis confuſionem, tranſeundi feciſti, concede quæſo mihi, clementia tua, depræcanti, vt ad ſtudioſorum vtilitatem, quæſtiunculam hanc dilucidem, & abſoluam, & ſic non erit quod poſthac hæſitent ſtudioſi. Ad rem. Quæ nam ſunt tuæ impoſturæ, o inepte Vulge? Quas inuectiuas adducis adducta fronte, in quæſtiunculam meam? Sit autem ſubitum quodcunq; paras. Qui alterũ incuſat probri (hoc diſcas) ipſum ſe prius intueri oportet, quia ridiculum eſſet, cuſtode indigere cuſtodem. Nam illud prorſus ſepius accidit, vt qui alios velint docere, eadem in cauſa magiſtro ipſi indigeant. Patuit de Galeno iſſo, qui tam copioſe Medicinam poſteris tradidit, in ſemetipſo de morbi natura aberrauit. V. Non laudandus eſt, qui plus credit quæ audit, quam quę uidet. A. Quid nam uidiſti? V. Vidi in titulo tuæ quæſtionis, quod ubi dubitatiue intitulare deberes, ſi quęſtio, & abſolute loquutus es. A. In hoc me carpis? O λῆροι λήρων, o nugæ nugarum. At neſcis quod ſic interpretãdus eſt titulus: Q̃õ ſuple declarata, vel declarãda, quod Medicina ſit ſciẽtia & non ars. In operis principio, vbi q̃õ venit declaranda, poſui: An Medicina ſit ſcientia an ars, dubitatiue non autẽ, ut in titulo, affirmatiue. Hoc ſcolaſticum eſt. Non eſt ergo, quod Vulgum ab errore excuſari queat. Certe ueritatem qui ignorat, & opinionibus ducitur, aberrat a uia. Quid isthuc nunc properas, es ne aliquid adhuc inſulſe dicturus? V. Sum. A. Dicas. Vulgi verba, ne quis noſtro Marte conficta ſuſpicetur, hæc ſunt, Dicas feſtinanter. V. Quid ſibi vult iſta tua dictio, Zannolando, quum nulibi apud authores priſcos nec recentiores inueniatur? A. Habebis apud tuum Cornucopiam, vel Gallupinum, o Rinoceros, & dicet quod antiquitus non erant Zanni, & quod dictio iſta eſt noua metaphorica.

Digitized by Google

taphorica. Decreueram certe me non reſponſurum tuis iurgijs, & fabuloſis impoſturis, o Vulge, quia temerariæ locutioni, taciturnitas medetur. Sed vt Sereniſsimo domino domino Mecœnati meo morem geram, ita habeas. V. Nam curioſus nemo eſt, quin ſit maleuolus. A. Pridie caueat igitur quis, ne faciat, quod ſe pigeat poſtridie. Nec crudelius facinus, quam innocentem opprimere. Et vtrunque facit, qui benefactorem ſuum iniuriam intuierit. Non mireris ſi te irate carpo, quia magnus error in moribus, & in vitã hominum inductus niſi cohibeatur, infinite creſcat neceſſe eſt: quia, teſte Atiſtotele primo cœli, paruus enim error in principio, maximus fit in fine. Solent nempe a paruis initijs errores in immenſum augeri progrediendo, niſi prouideatur. V. Vt ſequar. Quid ſibi vult, quid denotat illa tua fabuloſa Narregonia, quam ponis, hoc a te peto vt explices? A. Petere multo eſt, quam impetrare facilius. Sed cum huius tui erroris emendandi iſta ſit ratio, dico, licet tranſcendam a bobus ad aſinos, quod eſt dictio compoſita a narro, & gonia, & denotat, uel hoc ſonat, narratio generationis diuerſorum fatuorum hominum, & eſt opus in quo hauis ſtultorum, in qua collocatus es, ponitur. Vel a narro & Gonim, ideſt fatua Gonini narratio. Intellexiſti hæc omnia? Sanè video hanc ſententiam veriſsimam. Nihil facis quum ingrato benefacis, imo omnem operã perdis. V. Non ero tibi ingratus certe. A. Cur igitur adeo mihi tuis inuectiuis friuolis moleſtus es, diſsimulas ergo dum quod cupis habeas? Diſsimulatores enim cum ſint per plures, populum & amicos ſic decipiunt. Verum non in agendo ſolum, ſed etiam in petendo grauiter aberramus quandoque Theſei fabellam imitantes, qui cum ſine conſilio ab auo Neptuno impetraſſet, tria ſibi quæ in uotis eſſent perfici, quanquam duobus primis, deſcenſu ſcilicet ad inferos, & Minotauri cæde, fœlix uideretur, extremo tamen uoto, Hippolyti ſcilicet nece miſerrimam ſenectutem orbitate ac ſcelere fœdauit. Ita tu petis fingendo, a me quod forte non uelles. Sed quia (ut uerum fatear) ad bonos mores pertinet, non ſolum detegere nolle ſuarum uirium infirmitatem, ſed etiam eludere eos, qui te doloſe aggrediuntur.

Nec

Nec pudebit authoritatem vulgati libri adducere ad confirmationem horum, dixit nanq; ille.

Qui ſimulat uerbis, nec corde eſt fidus amicus,
Tu quoq; fac ſimules, ſic ars deluditur arte.

Licet conatus in perſuadendo minuat authoritatem, attamen volui hęc pauca dicere, ut in poſterum melius te habeas. Appage poſthac & bene tibi erit. Caueas amabo, ne tibi cum aliquo ut Antiphonti euenit eueniat. V. Quid ſibi vult hic Antiphon? A. Cum Dionyſius ſenior quæreret ab Antiphonte, quod nam genus æris eſſet pulcherrimum? reſpondit ille, quæ Harmodij & Ariſtogitonis ſtatuæ ab Athenienſibus ſunt conflate. Harmodius enim (vt rem claram narrem) & Ariſtogiton, filium Piſiſtrati Tyrannum occidentes tanquam liberatis, Athenis ſtatuas promeruerunt. Itellexit Dionyſius ad ipſum pertinere ſcomma, percuſſitque illum, & merito. Cogor certe & ita dicere. Optimum nempe tibi eſſet ſi nunquam natus eſſes. Audias exemplum, quia arduum eſt, abſq; exemplis res magnas ſufficienter oſtendere, quia ualidiora enim ſunt exempla quam uerba, vt etiam voluit Leo Papa in ſermone de ieiunio. V. Quod exemplum? A. Cum Midas in uenatione Silenum ſatyrum cepiſſet, interrogauit eum rex: quid optimum homini foret, maximeq; deſiderandum? atque cum diu Silenus reſpondere noluiſſet, coactus tandem regis pertinatia, in hæc verba erupit. O Demonis laborioſi, & vnius diei ſemen, quid me ea dicere cogitis, quæ vobis ignoraſſe melius eſſet, cum proprium molorum ignorantia, ad vitæ iucunditatem conferat? Sed poſtquam vos mala veſtra ſcire iuuat: Optimum non naſci vnquā vobis eſſet: quod uero huic proximum, factuq; facile, natum ſubito interire, neq; enim conditio ueſtra optimæ naturæ particeps eſt. Hæc Silenus. Quicunque, o Vulge, veritatem ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quoque facultatem, ut uidetur inertem exhibet atque ridiculam. Quarta tua criminatio, quæ nam eſt? Ne vero quis me per calumniam reprehendiſſe Vulgum ſuſpicatur, ecce eius verba quæ dicit. V. Citaſti Eraſmum, & Carionem temere, qui a ſacro, & ſancto concilio ſunt damnati, cur ita auſus es?

Digitized by Google

Venis & tu cenſurandus. A. Ita in me æſtuas, ò epigryphe Vulge? Quum quis ſic rabie turget aut furit, dum in eo habitu conſtitutus, minime rationis eſt compos, quia neque cernere, neque uidere, neque ſentire, neque audire recte quicquam poteſt, quare venis tu cenſurandus, quia cenſura ex ira proferens grauiter delinquit. 2.q.3.c.ira. V. At quid intelligis per tuum turgere, & furere? A. Dicimus humores turgere, & ſurere, dum motu vehementiori (vt tuo) atque transfluxu, ab una corporis parte ad aliam, in morbi principio feruntur, ægrumque infeſtant, ac quieſcere non permittunt, quod in acutis præcipue morbis contingit. Vt igitur errorem hunc tuum certius deprehendere queant ſtudioſi, ſic dicam: At neſcis licere & in re pia, & diuina, diſputationis gratia, Diabolos citare, ut in hoc: Et Diaboli nouerunt aduentum Saluatoris noſtri, & fatentur quod Deus unus eſt, & credendo contremiſcũt, teſtante etiam Iacobo c. 2. ſuæ epiſtolæ, & huiuſmodi? Quis deteſtabilior eſt, an Diabolus, vel Carionus & Eraſmus? tametſi ipſi non fuerint boni, ſint & ipſi Diaboli, erit igitur ob id quis cenſurandus? Mentiris ſi affirmas. Demum citaui Carionem & Eraſmum non ad aliquam religionis cauſam, ſed ad aliud inſtitutum. Quantum igitur a vero erraueris Vulge nemo eſt, niſi talpa cæcior ſit, qui neſciat. Cogor hoc dicere: Omni itaque ratione, qui iuſta laudat, uera loquitur; qui uero iniuſta, mentitur. Inſurrexit hic à bile peruſtus, more Caniculæ furens in me ac æſtuans, in me dico ſpicula ſuorum oprobiorum inijciendo, ab re, & non iraſcar? Virtus certe eſt, qui ſcit, & qui poteſt, ubi occaſio admonet, deſpicere obiurgantem. V. Quid canicularis? quid intelligis per tuam Caniculam? A. Rem certe ſcitu dignam (licet non merearis) ac propemodum neceſſariam, diutiſsimeque ignoratam explicabo, & non ſolum tibi, meiſq; colegis, hoc eſt Medicis, ſed multis etiam alijs, quibus ea legere cordi fuerit, non ingrata, nec inutilis fore certe noſtra hac cura videbitur. Audias & quietas aures præbe, quia nimium altercando ueritas amititur. V. Dicas audiam quã libenter, quia ſemper nouitas rei gratiam parit. A. Ranam Seriſicam, ideſt, ut Grai aiunt, rem uere raram, enarrabo. V. Propera

quantum,

Digitized by Google

quantum poteris, quia negligentia, quam Græci ἀργίαν uocant, uel tarditas omnibus ſcientijs (poſtquam ſcientiam dicis) contraria eſt. A. Adhuc æſtuas, & furis. Nonne percipis quod furor ſit læſa ſæpius patientia. Duo ſunt ſigna cœleſtia, vt dicam, ſub nomine Canis appellata, Canem uidelicet maiorem, & minorem, non ab effectu differentes ſed a uiſu, quum maius ſit ſignum maioris quam minoris, ſed ab effectu utrique conuenieus. Qui Canis maior in Cancri gradu ſeptimo eſt, & venereus natura hoc eſt albus, & refulgens. Cuius dicti ſubſequentem ſume figuram. Primo de Cane maiori.



Hic Canis habet in lingua, vt uides, ſtellam unam, quæ Canis appellatur: In capite autem alteram, quam nonnulli Syrion uocitant: In utriuſque auribus obſcuras ſingulas: In pectore duas: In pede priore tres: Inter ſcapilio tres: In lumbo ſiniſtro unam: In utriuſque pedibus poſterioribus ſingulas: In cauda quatuor. Et ſic erunt ſtellæ 19. Hermes adpingit Canem hunc iſto charactere: Canis igitur minor erit iſte.



Digitized by Google

In Cancri gradu decimoſeptimo eſt hic Canis minor, Mercurialis natura hoc eſt radians, & complexione Martis hoc eſt rubẽs & igneus. Et habet unicam ſtellam in capite: alteram in pectore: in lumbo unam. Et erit ſtellarum numerus 3. Pingit & Canem minorem Hermes tali ſigno: V. Fateor, ſed quare appellatur una ſtella Canicula, & alia Canis? A. Hebreorum magiſtri putant ſyderibus ab Adamo primo patre nomina impoſita eſſe, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Adduxit Deus cuncta quæ fecerat ad Adã, ut nominaret illa, & quomodocunque uocauit rem, hoc eſt nomen illius. Iterum de minore loquor, de quo fuit tua petitio, ut benefaciam his, qui oderunt nos, ut ſacra pagella nos monet, ubi etiam orare pręcipit, pro perſequentibus & calumniantibus. Et ita amicum habeas, poſſe ut fieri hunc inimicum putes, & econtra, puta. Minor igitur Canis, qui Canicula ab aliquibus eſt appellatus, a Poœtis ficta eſſe Canicula Hicari in cœlum translata: uel Canem illum quæ cum Dacrone Europe, cuſtos data eſt. Eandem poſtea Pocridi dono datam, quam Cephalus Pocridis maritus Thebas adduxit contra Vulpem quæ Thebanos agros uaſtabat. Sed cum & Vulpi & Cani fatum eſſet, ne poſſent inrerfici. V. Quid euenit? A. Iupiter Vulpem in ſaxum uertit, Canem in aſtra retulit, a Grais dicta προκῦον, quod anticanem Latinę notat. Plinius libro 18. c. 28. ſuę Naturalis hiſtoriæ dicit: Aegypto vero Procyon matutino æſtuoſus, quod ſydus apud Romanos non habet nomen, ni Caniculam hanc velimus intelligi, hoc eſt minorem Canem. Sane ut in aſtris pingitur. A Lucano & Statio eſt dicta σειρί υε quaſi ardens, quia ardet hoc eſt maturat ſegetes, ut etiam voluit Boetius his verſibus, cum dicit:

Quæque & Arcturus ſemina vidit
Syrius altas urat ſegetes.

V. Et Virgilius 4. Georgicorũ uidetur etiã idẽ ſignificare, dicens:

Iam rapidus torrens ſitientes Syrius Indos
Ardebat cœlo.

A. Leo tamen Baptiſta Albertus in de Operum inſtauratione capite quarto, tenet oppoſitum dicens: Per ſydus Caniculæ terram &

animantium.

Digitized by Google

animantium corpora multo humeſcere. Subiungit: Ex quo ſit vt per eos dies arbores ſub corticibus admodum conmadeſcant humoris exuberantia. Tum & per id temporis in hominibus aluus ſoluitur: & præ nimia corporum humectatione crebræ infeſtant febres: Aquas etiam per id tempus plus emergere ſolito. Et citat cauſas, eum uideas ſi lubet. Quod etiam uidetur innuere Matthiolus, uir in omni ſimpliciorum genere admirandus, capite 7. libri primi ſui Dioſcoridis. Vel dicitur propter ſtellæ candorem: vel a σύρμα quod eſt tractus, propter longum caloris tractum, ut diuo Thomæ placuit, in commento metri 5. libri 1. Boetij allegati. V. Cicero, tertio de Deorum natura, accipit Caniculam pro Syrio, & ibi innuit Syrium & Caniculam eſſe idem. A. Hallucinatur ibi Cicero plane & quaſi pueriliter. Nam Hyginius, cui magis credendum eſt, diuerſum faciat Syrium a Canicula, quia ponit Caniculã in ore Canis, & Syrium in capite. Et eſt ſtella fixa inter ſignum Geminorum & Cancri ad Occaſum ſpectans, ut etiam Hyginius teſtatus eſt. In cœli centro cum Sole coniuncta, & Solis æſtum duplicat, ac mortalium corpora nimio ſui calore languida reddit. Canis dicta, vel quia apparet ſub figura Canis, vel quia velut Canis dilaniat corpora ſuper quibus habet poteſtatem, ita ſtella ipſa dilaniat corpora humana dum regnat, uel quia ueluti Canis eſt mordax & ferax, ita ſub dominio Canis calor mordax uiget & aduſtiuus humorum, ut clare edocuit etiam Pontanus tertio Vraniæ libro. V. Columella in de Re ruſtica, diſtinguit Caniculã a Procyone, Caniculam appellans quem uos Canem uocatis. A. Quid ad nos de Columella? Videtur hæc ſtella eſſe maior quacunque alia ſtella fixa; imo videtur appropinquare ad magnitudinem Veneris poſitæ in auge ſui epicicli, & eſt de maioribus ſtellis ab Alfagrano numeratis. Et ſub dominio iſtius ſtellæ dicta Syrius, ut aliqui autumant ἀπὸ τοῦ σειραίνειν hoc eſt a ſiccando, propterea quod & fluuios & fontes nimio calore exicet: uel, ut alij uolunt, ἀπὸ τοῦ σύρειν hoc eſt ab euacuando, quod corpora noſtra ſudoribus euacuet. Hipprocates quarto Aphoriſmorum quinto: & quarto de Medicamentis purgatorijs tunc venit farmacias dicens: Aeſtiuo tempore poſt

muut

Canis

40

Digitized by Google

Canis ortum quinquaginta dierum ſpàtio, medicinam purgantē ne propinato, ſed cliſterijs vtitor. Hoc etiam Auicennas 4. 1. capite 5. Et Claudianus Supremus, qui dicit ſūc prohibitas euacuationes præſertim repentinas, quæ, ſecundum Marſilium Ficinum in de triplici uita, omni tempore ſunt pernitioſę. Euacuatio enim, quam præſertim eradicatiuam appellant noſtri, commoderationem elementorum, in qua natura conſiſtit, teſte Galeno, deſtruit, vnaq; aïalis ſubſtantiā diſſoluit, eoq; nomine maxime a Medicis fugienda. Seruius enarrans illud Virgilij 10. Aeneidorum dictū:

Non ſecus ac liquida ſi quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor.

Sic inquit: Syrius ſtella eſt in ore Canis, quę, quantum in ipſa eſt, peſtifera eſt. Ad hanc ſtellam Sol menſe Iulio veniens, duplicatur ęſtus, & prę nimio calore languent mortalia corpora. V. Aliud cauillum ſuſsitas, tuis dictis, ut uideo. A. Quod cauillum? V. De ortu & occaſu huius ſtellæ. A. Quātum ad eius ortum & occaſum, de quo dicis eſſe cauillum, audias. Dicā ſic, vt alas dædalicas tuas liquem: Cui plus licet, quam par eſt, plus vult quam licet. V. Improbe Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit. Noli iraſci, dicas ſi lubet. Qui animum vincunt, quam quos animus, ſemper probiores tenentur. Audiſtin de Ruini filio. Ruini filius cum locupletem hæreditatem a patre accepiſſet, in eam animi intemperiem peruenit, ut uitam etiam cum facultatibus amiſerit. Eceli nus uel Encellinus tyramnus tanto interdum furore ac ira correptus eſt, ut acceptum in bello vulnus, frendens in morem ſæuientis feræ vnguibus dilaniauerit. A. Fateor nempe me bilioſum, ſed ob tuas impoſturas, o uitilitigator Vulge. Horatius fatetur ſe ſuapte natura iracundū fuiſſe, facile tn̄ placabilē, ubi ſic canēdo infit:

Iraſci facilem, tamen ut placabilis eſſem.

Non me bilioſum adeo ut Eurilochum puta, qui Elienſem Pyrrhonem audiuit, tam bilioſum & iracundum fuiſſe conſtat, ut quū in Elide uarijs quæſtionibus agitaretur, eſſetque reſpondendo fatigatus, abiecto pallio Alpheum flumen traiecerit. Interdum quoque ſumpto cum carnibus ueru ad forum uſque cucurrerit, coquū

ſuum

ſuum perſequens. V. Oh res ridiculoſa. A. Miror equidem eam controuerſiam ſiue cauillum tam negligenter a prioribus fuiſſe tractatam. Quoniam multa a multis tum ueteribus, tum etiam recentioribus temere tradita & obſcura ſunt: qua in re magni etiam viri, ob eam temporis cœcitatem, hallucinati fuere, inter quos eſt Paulus Aegyneta 7. Artis medendi capite undecimo, qui dicit quod oritur uigeſsimaquarta Iunij, & durare uſque ad Auguſtum completum. V. Cicero dicit quod oritur 7. calendas Auguſti. A. Columella dicit: Huius ortum Idibus Iulijs, illius ſeptimo calendas Auguſti aſsignans. Seruius in illud Virgilij dictum, 3. Aeneid.

Exurere Syrius agros;

Dicit quod Canis oritur ſingulis annis ad octauum calendas Iulij, & occidit poſt dies quadraginta. Plinius 18. ſuę Naturalis hiſtoriæ capite uigeſsimooctauo dicit: Dies caniculares incipiunt ab ortu Canis, qui oritur Sole primam partem Leonis ingreſſo, quod eſt decimaquarta Iulii, & durat uſque ad occaſum Canis, qui eſt decimo calendas Auguſti. V. Et ſic igitur ſunt quadraginta dies caniculares? A. Hanc difficultatem quidam expedire conantes (nam huc omnes incurriſſe neceſſe eſt) cum nullum exitum inuenirent, rei per ſe obſcure per uaria commenta (vti memorauimus, & memorabimus) maiores tenebras obſuderunt. Quare priorum igitur commenta & opiniones in hac quęſtione refellere nec difficile eſt, nec magni ingenij aut eruditionis. Sed rectā ueramq; rationem tum rei, tum etiam vocis inuenire difficillimum. Bedas primo de Natura rerum capite de Stellis, dicit quod Canicula, quæ nimium feruens decimoquinto calendas Auguſtas emergit. Aliqui dicunt, quod oritur Canis Sole Leonem ſubeunte, quod fit poſt ſolſtitium vigintitres dies, & occidit exortu Capricorni. V. Aut iſti igitur hallucinantur, aut cœli motus non ſunt æquales. A. Certe cœli motus (ne mentiar) vt etiam voluit Themiſtius quarto Phiſicorum, non ſunt æquales. Hieronymus autem vbi de Etheſijs agit ventis corroborans dictum Ciceronis, dicit hanc Caniculam pernitioſiſsimam humano generi & a rabie Canis ita denominatam ſicuti a forma; & ortum capere a ſeptimo calendas Auguſti,

guſti, occidit autem (ſed non tota) poſt quadraginta dies, integre autem poſt dies quinquagintatres. Ptolomeus in de Inerrantiū ſtellarum ſignificationibus libro, dicit, quod Canicula exoritur die decimaquinta Iulij. Paulus Suardus in diſpenſa Diacaridionis dicit: Dies Caniculares ſunt dies in quibus apparet quædam ſtella meridionalis ſic ab Aſtrologis appellata, quæ in matutinis apparet, & Solis ortum antecedit, & hoc eſt in medio ęſtatis. Addit: Incipit autem caniculare tempus decima die Iulij vel circa, & durat vſque ad vigeſsimam Auguſti, ita quod in ſumma dicti dies ſunt numero quadraginta. Hæc Suardus. V. Tuus idem Suardus in diſpenſa ſyrupi de agreſta ſecundum Meſuem, dicit quod ſtella Canis abſconditur vltimo hebdomade Iulij. A. Dicit de Cane nō de Canicula. Demum, nemo in duobus ſapientiæ generibus præſtans eſſe poteſt. V. Igitur plus oportet ſcire hominem, quam loqui. A. Nonne ſcis, oportere eos qui aliquid dicturi ſunt, priuſquā doceant, intelligere? Sed humana natura adeo nouitate gaudet, vt quæ habeamus contemnamus, quæ nō habemus deſideramus, atq; in illorum acquiſitione vehementer delectemur, & hoc hallucinationis noſtræ quandoque cauſa eſt, quia nemo poteſt ad apicem ſapientiæ peruenire. Quare & Iſocrates inquit: Adeo vero nouitas grata eſt, vt quanquam feramus ad mortem, futuros tamē dies occupare deſideramus, tāta eſt nouitatis voluptas. Quod ſint dies caniculares quadraginta, Galenus 2. de Alimentorum facultatibus capite de fructibus horarijs videtur inuere quod ſic. Pro cuius ſolutione & doctorum concordia, dicendum erit: quod hi dies citius & tardius habent ortum & longius durant ſecundū climata & ſecundū regionis diſpoſitionem, quia (vt etiam Bartholameus Zambertus in proœmio Datorum Euclidis dicit) fitq; nimirum vt vniuſcuiuſque loci & regionis exigit diſpoſitio. V. Igitur cœli motus, vt ſupra dictum eſt, non ſunt æquales. A. Letor poſtquam video te percipere, quia (vt lepide in prouerbio fertur) balbi non niſi balbos intelligunt. Quod hoc ſit verum, videas Plinium ubi ſupra, & Conſtantinum Cæſarem, qui dicit quod oritur vigeſſimaquarta dicti de mane: Et capite decimotertio ſecūdi

dicit,

dicit, quod oritur decimanona dicti menſis. V. Et quæ nam eſt verior ſententia? A. Apud nos ſententia Pauli Suardi in diſpenſa Diacaridionis verificatur. V. Oritur igitur ſingulis annis eadem die? A. Non ſed paulo tardius annuatim, quia, vt etiam Virgilio placuit ſecundo Georgicorum.

Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

Ibi iſtud notandum eſt, quod præter duo lumina & ſtellas quinq;, quæ vagæ appellantur, reliquas omnes alij infixas cœlo nec niſi cum cœlo moueri, alij quorum aſſertio vero proprior eſt has quoque dixerunt ſuo motu, præter quod cum cœli conuerſione ferantur accedere, ſed propter immenſitatem extimi globi excedentia credibilem numerum ſæcula in vna eas curſum ſui ambitione conſumere: & ideo nullum earum motum ab homine ſentiri, cum nõ ſufficiat humanæ vitæ ſpacium ad breue ſaltem punctum tam tarde acceſſionis deprehendendum. V. Igitur ſtellæ fixæ mouentur? A. Sed tardiſſimo motu. Stellæ omnes & ſydera, quæ infixa cœlo videntur, quorum proprium motum nunquam viſus humanus ſentire vel deprehendere poteſt. Mouentur tamen & præter cœli volubilitatem qua ſemper trahuntur, ſuo quoq; acceſſu tamen ſæro promouentur vt nullius hominum vita tamen longa ſit, quæ obſeruatione continua factam de loco permutationem, in quo eas primum viderat deprehendat. V. Quis enim igitur nos docebit, quonam pacto cœli reuoluantur? A. Ego venor iaculo in medio mari apros, dum cogor hunc inſolentem Vulgum certum facere. V. Oh me miſerum. A. Si miſer eſſe non vis, miſerum non te eſſe puta. Non ſunt certe audiendi, qui tam auide ſic corrigere, & inueſtigare cenſent. Auguſtinus diuus illi, qui ab eo ſciſitabat, quid faciebat Deus ante creationem ſeculi, reſpondit: Scindebat ligna, vt temerarios combureret. V. Ego certe is ſum non modo nunc, ſed & ſemper, qui ſermonum nulli paream, præter quam rationi, quæ ratiocinanti mihi optima videatur. Et ſtellæ cum occidunt delentur ex toto, renouantur vè demum, aut quid de illis fit? A. Oh quantum moleſtus es. Stellæ cum occidunt, ad Oceanum potus gratia accedunt. V. Mihi iſtic, nec ſeritur, nec

Digitized by Google

metitur quicquam. Si ego moleſtus, & tu (vt etiam alij de te aiunt) bilioſus. A. Omnis homo aliquo laborat infortunio, & (vt dici ſolet) quiſque ſuos patitur Manes. Nõ igitur tamen, o Vulge, admodum nobis curandum eſt, quid de nobis multi loquantur, ſed q̃d dicat is vnus, qui intelligit iuſta & iniuſta. Sunt nempe plures, cuius uitam & mores, diligenter inſpiciendo, plura non inuenias uituperatióne quam laude digna. V. Sum ne Ego ex illis? A. Dixiſti. V. Ah domine doctor. A. Ah domine Vulge. V. Mouetur ibi cauillum domine Arma ab aliquibus: Propter quid ſtellæ fixæ videantur ſintillare, Planetæ uero non? A. Ariſtotelem ſecundo de Cęlo & mundo textu commenti quadrageſſimiſeptimi uideas, ibi ipſe ſoluit. V. Mouetur & iſtud cauillum: An lux ſit ſubſtantia uel accidens, dico a nonnullis etiam non paruæ authoritatis, in dubium uerſum eſt. A. Auguſtinum in libro de Libero arbitrio uideas. Videas & Dionyſium capite quarto de Diuinis nominibus. Videas iterum Auguſtinum ſuper Geneſis libro ſeptimo capite decimoquinto. Videas & Damaſcenum libro ſecundo. Ariſtotelem uideas in libro de Senſu & ſenſato. Et Anicennam ſexto Naturaliũ. V. Mouetur & ab alijs aliud cauillum, hoc eſt: Propter quid Sol magis calefaciat in Aeſtate quam in Hyeme? A. Ariſtotelem videas loco paulo ſupra citato textu commenti. 42. Nempe, qui è nuce nucleum vult, vt aiunt, frangat nucem. Si ſcire cupis & buonos authores legas, & cum Scopeliano dicas. V. Quis fuit hic Scopelianus? A. Scopelianus Sophiſta, ita ſtudium aſsiduauit per totas noctes, ut ſoleret dicere: O nox tu quidem diuinæ ſapientię plurimam partem nobis occupas. Certe neminem inuenies, tam u lem aut impurum uel ſordidũ ſiue deſidem, qui anteactam uitam nolit potius ſapientiæ & inclytis factis conſumpſiſſe, quam otio. Theophraſtus ipſe (nõ ille Panaceſſus Medicorum emulus) in ore ſemper habuit: Nullum eſſe ſumptum temporis diſpendio pręcioſiorem. Vnde illud in prouerbium Appellis emanauit. Nulla dies ſine linea. V. Quid hoc ſibi vult? A. Quaſi diceret: Non eſſe intermittendum vnquam ſtudium, ne vel per diem vnã in vniuerſa vita. Quare Scipio, qui poſtea, magnitudine rerum geſtarũ Aphricanus

canus

Digitized by Google

canus cognominatus eſt, diem eum ſe perdidiſſe aiebat, in quo
nullam pro amico operã in republica impendiſſet. V. Arma, ſpiri-
tus raceãtur bono aere. Debemus ne ſemper in laribus morari?
A. Per uicos uagantur fatui, fanatici, ac Gominiaci. Vbi enim ve-
rior contemplatio quam in ſolitudine? Vbi ſtudiũ ſolidius quam
in quiete? Vnde Demoſthenes ille orator eximius, dimidiũ barbę
ſibi detundebat, ut cogeretur domo non exire. V. Et ſi tu barbam,
domine doctor, detunderes? Oh oh res ridiculoſa. Noli quoquo
modo, ob oẽm aliam, etiã ſi iuſtam, cauſam, tuã detundere. Hoc vt
uerus amicus, ſi credidero dico. A. Si veros amicos quærimus, mi-
nime eos eligere debemus, ꝗ amicis aut factis, aut uerbis noceãt.
Nam parentes mali, non progignunt filios bonos. Quid ad me de
barba. Hallucinãtur inſigniter, qui credunt me meam nutrire bar-
bam. Equidem optarem potius (ſi daretur) barbã amittere ſi cũ ca
viginti ſaltẽ annos ætatis meæ amitterem, quã continuo barbã ge
ſtare & plures annos ſuſtinere, ꝗa, qui ſenectutem ingredit̃, multa
mala neceſſario experitur. Vnde extat ex Cæcilij dictum iſtud:
Tum etiam in ſenecta hoc deputato miſerrimum, Sentire ea æta-
te, eſſe odioſum ſe alteri. Dicet ſane hic aduerſarius, id quod Gale
nus uir in omni ſapientiæ genere admirandus in tractatu de Tabi
dicebat, quod impoſsibile eſt prohibere ſenectutem, quod etiam
poſuit tertio de ingenio c. 7. & dat cauſam, quia elementa nõ poſ-
ſunt alterari & facere nouam mixtionem. Et nemo tamen morta-
lium eſt ferme, qui diu uiuat, quem non aliquando contingat, an-
te mortem, ipſam odiſſe uitam. Licet ut etiam ait poeta:

Immodicis, bræuis eſt ætas, & rara ſenectus.

Conquerebatur tamẽ moriens Theophraſtus (& erat ſenex) de na
tura, quod tã longã uitã ceruis, & cornicibus, inutilibus prope
animalib. largita eſſet, homini uero ſapiẽtiſsimo, & proculdubio
nobiliſsimo, tã anguſtos ęui terminos ꝑfiniſſet. V. Epicarmi dictũ
probo, hoc eſt: Emori nolo, me mortuum eſſe nihil curo. Nã finis
ipſe, qui poſt mortem ſuccedit, aut iucundus eſt aut non teſtis. A.
quid enim triſte eſſe põt, carere fame, ſiti, dolore, laboribus, triſti
tia, timore, merore, & hmõi? Quid. n. iucundius, quã cum ſaluatore

Digitized by Google

noſtro in ſupremis gaudijs ac ſempiternis degere? Quare Theombrotus Ambraciota, q̃ lecto Platonis libro de Animi immortalitate, nullo alio vexatus incõmodo, naturalem mortẽ expectare non ſuſtinens. V. Quid operatus fuit? A. Præcipitem ſe parum tamẽ prudenter è muro ſponte dedit, vt eam ingentem animorum beatitudinem vltro ſibi adſciſceret. Vnde illud etiam Pauli: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. V. Quod cœlitibus optimum eſt imitemur. Eſt autem in cœlitibus optimum, nullo indigere, omnia ſcire, diutiſsime viuere, ac ſecuritate frui. A. Illud enim præ oculis ꝑpetuo habendum eſt, vitam, mortemq;, præcipue a Deo pendere. V. Ego vellem domine doctor, quia ſuperius de ſtellis locutus es, a te ſcire, vtrum aſtrologica obſeruatio ſit Medico neceſſaria, & ab ipſo obſeruanda, quia Plinius c. 49. ſeptimi ſuæ Naturalis hiſtoriæ refert, Aeſculapium dixiſſe, ſtatuta vitæ ſpatia a ſtellis accipi, demũ quæſtionem finies tuam. A. Vltra id quod maxime Aeſculapio veridico credendum eſt, quis eſt ille adeo mente captus, qui de ea redubitet? licet Auerroes, vna cum Ioanne Pico Mirandulano, vbique aſtrologiam laceret. Errant impudentiſsime, nec ſine magno multorum periculo. Certe vt non parum efficax, fere ſemper dicerem eſſe tenendam, quia, aſtra in inferiora corpora influunt. Teſtante Platone, inferiora omnia ideata ſunt, a ſuperioribus ideis. Nam mundus inferior, vt apud Hebreos in ſuis Mecubalibus etiã habetur, a ſuperiori ducitur. Quæcunque hic a natura fiunt, teſte etiam Auicenna, oportet præexiſtere in ſtellarum & orbium motibus. Albumaſar dicit, quod virtutes in inferis a Deo infunduntur, & concurſu radiorum cœleſtium. V. Ego non credo huic Albumaſari tuo. A. Qua de cauſa? V. Quia, vt narrat Auenrodan, is nec philoſophus fuit, nec dialecticus, & in mathematicis imperitus, erat enim grammatices artis profeſſor, & a ſcribẽdis hiſtoriis, vt voluit & Picus Mirandulenſis, ad Aſtrologiam ſe conuertit. A. Diuus Hippocrates, cui magis credendum eſt quam Pico. V. Siſte. Obſecro te per Apollinem & Aeſculapiũ, vt mihi narres, quare dicis Diuus. Meruit ne hoc nomen? A. Videas in prima parte huius, ibi comperies quod vere fuit dignus hoc nomine, & vt docti

certatim

certatim eundem multis laudibus euehant: & perniciosiſsime errant, qui aliter ſentiũt. Igitur primo (vt ſequar) de Ratione victus, ſic ſcriptum poſteritati reliquit: Sed & aſtrorum ortus & occaſus cognoſcere oportet quo mutationes & exceſſus ciborum & potus, ventorum, & totius mundi, ex quibus ſane morbi hominis oriũtur, Medicus obſeruare ſciat. Et in libro de Aere, locis, & aquis ait: Cum enim temporum mutationes, & aſtrorum diſcurſus obſeruauerit Medicus, vtplurimum ſanitatem adſequetur, & recta via procedet, non minima ſuę ſciẽtiæ Medicæ gloria. Nota quod dixit ſcientiæ & non dixit artis. Ibidem dicit: Aſtrologiam plurimum conferre ad rem medicã. Subiungit: Oportet autem & aſtrorum exortus conſiderare, præcipue Canis. Fecit enim Deus, Deuteronomion quanto, corpora cœleſtia, in miſterium cunctis gentibus. Chirurgos & Medicos, Aſtrologię imperitos, intempeſtiua phlobotomia aut pharmacia, interficere miſeres infirmos, aut infirmiores reddere, dicimus, vt etiam aſſerunt Ioannes Stofflerus, & Ioãnes de Monteregio in ſuis diarijs: & Albumaſar in Magno introductorio. Galenus in commentarijs Morborum vulgarium, ſic infit: Qui Aſtrologiæ imperitus eſt, hunc cœlatum nolim, ipſum haudquaquam obſequi Hippocrati ad illam cohortanti. V. Abſurdum enim eſt aliquid eſſe putare quod non eſt, quoniam eorum quæ non ſunt, qua nam ſubſtantia conſpecta aliquis denunciare poſsit quod ſit? A. O incredule, videant iam iterum ſtudioſi, quam neceſſaria ſit, & quantum in ea re a veritatis tramite deuiauerint, qui aliter ſentierunt, lucidiſsime oſtendemus. Ptolomeus propoſitione vigeſsima ſui Centiloquij, inſtruit quod diſcurrente Luna ſub aliquo ſigno, cauebis membrum tangere ferro, vel igne, cui pręeſt illud ſignum. Et hoc Chirurgicis. Marſilius Ficinus capite 10. libri tertij de Vita cœlitus, & capite 6. allegati, dicit: Medicus conſiderando Lunæ Soliſq; beneficia, & eorum quartas, oportuna ſeruare poterit tempora, quia vt ex Aegiptiorum ſententia habetur, quod etiam nos obſeruantes veriſsimum eſſe comperimus: Luna ſanis & agris dies quales futuri ſint, prænuntiat. Ptolomeus iterum propoſitione nona ſui Centiloquij, dicit: In generatione

Digitized by Google

ratione & corruptione formę efficiuntur a coleſtib. formis. Et propoſitione decimanona allegati, ait: Vis purgationis habetaī, cū Luna fuerit Ioui coniuncta. Et uigeſsimaſecunda aſſerit: Cū Luna fuerit in Scorpione, aut Piſcibus, dominuſq; aſcendētis ſtellæ ſub terram poſitę copulabitur, bonū eſt purgationibus uti. Subiungit: Si uero copulabitur ſtellæ ſupra terram conſtitutę, potionem, qui ſumpſerit, euomet. Et 42. inuit: Morbus, qui cepit cum Luna fuerit in eo ſigno, quod malefica aliqua tenuit in genitura, grauiſsimus futurus eſt, & periculoſus, niſi benefica fuerit in eo loco. Et quingenteſsimaſexta ponit: Cū Luna fuerit in prima quadratura, corporis humiditates creſcunt, in reliquis autem decreſcunt. Et ſexageſsima ait: Super ægrotis criticos dies inſpice, ac Lunæ peragrationem in angulis figuræ cœleſtis ſexdecim laterum, ubi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, ubi ecōtra, male. Percipis modo? V. Perbelle percipio, & vtinā mihi ut Oruntio Marcellino audiente Plotino euenit, te audiente eueniret. A. Quid euenit, aliquid mali? V. Imo boni. Audias & tu: Habebat Plotinus, Platonicus philoſophus, Ornutium Marcellinum diſcipulum, qui morbi tedio ad eum ſe contulerat, podagricus enim erat & articulorum doloribus grauiter conflictabatur: audiebat autem attentiſsimus, mira etenim illi philoſopho orādi ſuauitas erat, inde ciborum pane oblitus, & philoſophiam ſtudio, & ualetudinem abſtinentia recepit: Sic morbus eruditionem pariter & ſanitatem dedit. A. Audiant ſuperi. Videas etiam allegatum ſupra in ſuis Aphoriſmis. Nam in Aphoriſmo 89. ait: Coniunctio luminarium in Ariete, in principiis morborum, facit mentis alienatione, & mortem. Et Aphoriſmo 91. ait: In omni morbo Luna uenit conſideranda, uelut Iupiter in omni gloria. Subiungit. Nam Luna in oppoſito Martis, morbos contagioſos inducit, ſicut in ſignis igneis, terminanturq; cito, & raro ad uitam. Et Aphoriſmo 93. ait: Lætales ſunt morbi, quando ambo luminaria ſunt in oppoſito duarum infortunarum. Et Aphoriſmo 96. dicit: Coniunctio luminariorum in ſignis Martis, uel in ſignis humanis, Venus mercuriuſque retrogradi, ægros ad mortem inducunt. Et Aphoriſmo nonageſsi-

Digitized by Google

nageſsimoſeptimo, dicit: Mars hora infirmitatis in aſcendente in capite morbum deſignat Ariſtoteles primo Cœli cap. 7. inuit quod corpora cœleſtia uidentur agere in ea quæ ſub eis ſunt. C r te Sol,& Luna,in cœleſti illa militia(vt Ptolemei utar uerbis) uti reges duceſque præſident. Nam Sol & Luna, ut Trimegiſtus uoluit,uniuerſales ſunt rerum mundi & corporis rectores.Ipſa namque præpotentia ſunt, & in hac ſententia antiquos omnes concordare dico, licet fuerint & aliæ de aſtrorum ratione ſententiæ, quas tum propter authorum obſcuritatem miſſas facio, tum quia tam ſine fundamento (ne quid grauius dicam) ſunt fabricatæ, vt ipſe per ſe corruant, ſi quis modo paulo intentius ipſarum ruditatem, & inconſtantiam intueatur. Maternus inquit, quod niſi Lunæ ſtatum ad vnguem tenuerint Medici, propriæ cæcitatis duces, & fatuæ mentis præcones, in errores quamplurimos prolabentur. Ptolemeum primo Ἀποτελεσμάτων videas. Videas & in noſtro de Peſte: & in noſtro de Febribus capite ſecundo tertii Certe:

Archanas rerum cauſas,elementa,Planetas,
Spectant,& quicquid lucidus orbis habet.
Errorem hic Lunæ varium,Soliſq; labores,
Aſtrorum motus,inſpicit atque vices.

V. Certe res ita ſe habet, vt video, & vt aſtuis, quare non ab re, vt inueni; Crinas Maſsilienſis Medicus, ad ſyderum motus ex ephemeride mathematica cibos dabat, horaſque obſeruabat. A. Credo te inueniſſe. Plynius ſcribit hunc centum ſeſtertia reliquiſſe, muris patriæ non minore ſumma extructis. Monſtratum itaq; ſatis ſit ex Ptolomei & antiquorum omnium ſententia præcipuas in mondanis rebus euariaciones,pollentioreſque effectus ex præcipuis cœleſtibus ſtellis, Sole inquam & Luna prouenire. Nam & vnuſquiſque Planetarum regit & diſponit quod conuenit, & aſsimilatur ſuæ naturæ, vt dicemus infra, & vt argute etiam docuit Pontanus quarto Vraniæ libro, & in tractatu Meteororum, quum dicit:

Ergo age neue anni partes,neu quę loca terræ
Deſpiciens,

Deſpiciens, varios Lunæ ſic inſpice curſus,
Vt neque Saturni gelidum neglexeris aſtrum,
Nec quæ ſtella cadet cœlo, quæ ve exerat ortum.

Et quæ ſequuntur videbis. Nam Saturnus terram, hoc eſt atram bilem tenet. Mercurius, aquam, hoc eſt pituitam, licet Marſilius Ficinus tertio de Vita cœlitus dicat: Hic vero te moneo, ne Mercuriū putes aqueum eſſe vel terreum quod & ego aliquando ſuſpicatus ſum: Alioquin motibus celeritatiq; ingenij non conferret. Sed quodammodo aereum eſſe ſcias. Iupiter aerem, hoc eſt ſanguinem. Sol ignem, hoc eſt flauam bilem, teſte Ariſtotele in libro Secretorum ad Alexandrum Macedonem, vbi de Vegetabilibus loquitur. Et Ioanne Stofflero propoſitione duodecima, & decimaquarta ſui Diarij. Saturnus ex ſui natura, vt rem lucidem, influit melancholiam, triſtitiam, tedium, deliramenta, pertinaciam, deſperationem, & peſsimas illuſiones. Iupiter, auaritiam influit, prauas diuitiarum occaſiones, ob quas infinita mala accidunt. Influit & tyrannidem. Mars impetuoſam iram irritat, prophanam arrogantiam, audatie temeritatem, ac ferocem pertinatiam. Sol imperioſam ſuperbiam commouet, & ambitionem inexplebilem. Venus concupiſcentię deceptiones procreat, ac laſciuos amores, turpeſq; libidines. Mercurius fraudes, dolos, mendatia, malorum machinationes, peccandique promptitudinem docet. Luna aliorum infima, rerum omnium inſtabilem parit progreſſum, & quæcunq; ſunt humanæ naturæ aduerſa. Quapropter Planetæ dicti ſunt ἀπὸ τῶ πλάνης hoc eſt ab errore. Ita tamen vt ad hoc affectus pellant quidem tamen nó cogunt. Et ſic hoc modo mortales propter ſuam cum cœleſtibus diſsimilitudinem, nocumentum ſuſcipiunt. Videas & in noſtro de peſte. Verum Ariſtoteles vbique Solem, & Lunam ſolum obſeruauit, de reliquis planetarum parum aut nullam curam habens. Abrahamus ille auenaras in eo libello quem de Mundo & ſeculo inſcribit, teſtimonio clariſsimo hæc eadem confirmat. V. Quid inquit? A. Luminaria, ait, ſupra res mondanas ſignificant magis quam planetæ omnes. V. Anthonius Mizaldus quem ego legi, in ſua Planetologia, tenet quaſi oppoſitum, quum

dicit,

dicit, per belle certe: Cogita inquam, imo vero tibi certo certius promitte. ſydera ipſa nullum malum nobis inuitis facere poſſe. Subiungit: Qua ratione, amabo te, inquam, nos ſummi Dei filios lędent, qui à ſummo bono vna cum illis originem traximus: An æquum cenſebis, fratres fratribus obeſſe? & quæ ſequuntur. Ipſum videas. Addo: Si ſuperi influxus ſunt ſuapte natura boni, quõo poſſunt obeſſe corporibus inferioribus, & in ipſis deprauari, vt malorum cauſæ efficiantur? A Cœlum terræ maritus non tangit (vt cõmunis eſt opinio) terram, cum vxore non coit, ſed Solis ſyderum ſuorũ quaſi oculorum radijs vndique luſtrat, vxorem luſtrando fęcundat, & quod dedit aui Strutho vitam aſpectumque viuificum vt ſui oculorũ intuitu, pullos in ouis procreet. V. Qualitas igiĩ nocens in iſtis inferioribus, longe aliena eſt ab influxu cœleſtiũ. Nos ipſi certe ſumus noſttorum malorũ cauſa, quóniã omnis virtus & poteſtas deſuper eſt a Deo, & ab aſtris, qui nec errare, nec malũ agere poſſunt. Neceſſe eſt mala omnia, & quicquid in iſtis inferioribus diſcors & diſſonũ reperitur, non ex aſtris malitia, ſed ex mala diſpoſitione recipiẽtis, ꝓuenire, ſicut belle cecinit Chryſippus, ſic:

Quam falſo accuſant ſuperos, ſtulteque quæruntur.
Mortales, etenim noſtrorum cauſa malorum
Ipſi nos ſumus, & ſua quenque vecordia lædit.

Ideoq; ſicut vulnera ferro, incendiũ igni, & vincula Lictori imputari nõ dẽnt, ſed male diſpoſitis & male operãtibus, ita nec cœleſtibus ſtellis malorũ culpa reijcienda eſt. Agẽs, vt ait philoſophus, nõ agit, niſi in patiẽte diſpoſito, A. Dixiſti. Itaq; in bene diſpoſitis ſuperiorũ influxus oĩa cooperãtur in bonũ: male aũt diſpoſitis oĩa cedũt in malũ, vt in te qui impoſturæ & iræ procliuis es, quia ẽt in re minima, a te non intellecta imponẽdo æſtuas, nõ minus quam Mahometes Othomanus, qui quũ duos cucumeres in horto pubeſcẽtes foris rediẽs decerptos ĩueniſſet, ꝓtinus duos iuuenes elegãti forma ꝑditos (quos ad vſum nefarię libidinis domi nutriebat) ſe ďcerpſiſſe negãtes gladio traiecit. Nã ſicut ſubiecti puerſitas puer ſe ſuſcipit ĩflux⁹, ac ei⁹ debilitas tolerare ñ pt efficatiã ſupiorũ, tũc ab ĩfluxu cęleſtiũ ſic ĩ mãm diſcordijs plenã recepto, reſultat quid

D diſſonum

diſſonum & deforme, malumq; cœleſtibus tamen viribus ſemper bonis permanentibus, quæ dum in ſe exiſtunt, & a datore luminũ per cœlos influuntur, quouſque ad Lunam peruenerint, eorum influentia bona eſt, tãquam in primo gradu. V. Et quãdo in viliori ſubiecto ſuſcipiuntur? A. Ipſa enim vileſcit, propter diuerſam recipientis naturam & tunc diuerſimode ſuſcipitur, & qualitatibus in eodem ſubiecto inter ſe diſſidẽtibus, & ipſa variatur, & patiente ſubiecto patitur: vnde ex omnibus tandem in ſubiecto compræhenſis, aliud quiddam, quam ſuperi influunt, reſultat. Omniũ itaq; noſtrorum malorum cauſa ſenſualitas eſt, ex qua fit deordinamentum & diſtemperamentum corporis noſtri, cui tunc ſic male regente aut proſtrato, ac declinante ab eo quod cœleſtes influxus requirunt, rebellant omnia, & diſtemperantur in noſtram pernitiem: tunc in humano corpore alias temperatiſsimo, & conſonantiſsima harmonia compoſito, oritur elementorum diſtemperamentum, inſurgunt humores mali, & etiam boni deordinati & ſegregati ab inuicem, & viciſsitudine quadam corpus vexant & torquent: & tunc vehementiſsima ſentitur diſſonantia, aut ex ſuperfluitate, aut ex diminutione, aut ex intrinſeco accidente, aut ex ſuperfluo cibo, vnde ſuperflui gignuntur humores, eademque ex cauſa infirmitates ſuboriuntur: tunc cœleſtes influxus alias de ſe boni, reddũtur illis nocui, quemadmodum lux Solis oculis male diſpoſitis. Et ſic de his ſatis in præſentiarum, vel fortaſſe plura quã opus fuit. V. Et ſi quid mali euenire debet, habemus ne portentum? Non dico monſtrum, licet monſtra dicta ſint, quia aliquid ſignificando demonſtrent. Portenta tamen dicuntur, quia præoſtendunt. A. Habemus Commetam, Bubonem, Cornicem, Noctuam, quæ aues ſaturnales ſunt & mali hominis, præſertim Bubo auis, de qua ait Poeta ſic:

Fœdaq; ſic volucris venturi nuncia luctus

Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.

Sũt iſtæ oſcinæ aues, q̃ cãtu ſuo auſpiciũ faciũt: vñ Virgilius dicit:

Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice Cornix.

V. Audiui certe quod pridie quam Veneti liguſtico bello vincerentur

rentur, Corui diuerſis inter ſe agminibus conflixere, ita vt ſanguis ſuperne cadẽs naues ipſas cruentaret. A. Imminente Romanis primo ciuili bello, tres Corui pullos ſuos in viam productos laniarunt, quod ex laniatu ſuperfluit, retulerunt in nidum. V. Vidi etiam Triumuiratibus copijs ad Bononiam contractis, quod ſedit Aquilia ſuper Octauij tabernaculum, duoſque hinc & inde Coruos inceſſentes vehementer afflixit, quod vniuerſo exercitui futuram Triumuirorum diſcordiam portendebat. A. Ante paulo quam Auguſtus imperator factus eſſet, Bos in ſuburbano Romæ, ad arantem locutus eſt, fruſtra ſe urgeri: non enim frumenta ſed homines breui defuturos. Annotatum etiá eſt in antiquis prodigijs Canem locutum fuiſſe, & Serpentem latraſſe, quum pulſus eſt regno Tarquinius. Paulo & ante mortem Cæſaris, equorum greges comperti ſunt pabulo abſtinere, vbertimq; flere. Pridie vero ante quam interficeretur, auem Regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferẽtem volucres varijs generis diſcerpſerunt. Gallus & Cygnus etiam auis delitioſa, feliciſſimi dicitur eſſe præſagij, præſertim in auſpicijs Nautarum, quia aqua non mergitur, vnde Ouidius cecinit:

Cygnus in auſpicijs ſemper lætiſſimus ales.

Cecinere & Galli nocte tota, qua Mattheus Vicecomes primum ſuſcepit filium, vnde Galeatio inditum nomen. Sunt & plura alia portenta. Nam ſedente in pontificatu Leone. 7. Sol per aliquot dies veluti ſanguinolentus apparuit quod prodigium calamitoſa peſtis ſecuta eſt. Imperante Henrico. 7. & ſedente in pontificatu Clemente. 5. tres Lunæ ſimul apparuerunt. Anno quo Hieroſolymas deleuit Veſpaſianus, ſydus in cœlo apparuit gladij figura. V. poſſumus ne Deum ipſum & ſydera aliquo modo placare, ſi aliquid futuri mali denuntient? A. Poſſumus. V. Quo nam modo? A. Pręcibus, vt in Epiſtola Iacobi quinto patet: & Iohelis tertio: & Pſalmiſta 44. & Thobiæ decimotertio. Vnde Naſo ait:

Flectitur iratus voce rogante Deus.

Et Ieiunio, vt de Iona & Niniuitis declarant ſacrarum literarum vetuſtiſſima monumenta. Ac pœnitentia, teſte etiã Naſone:

D 2 Sæpe

Sæpe leuant pœnas, ereptaque lumina reddunt,
Quum bene peccati pœnituiſſe vident.

Quia, vt ait Pſalmiſta: Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Exercitus enim regis Aſſiriorum venerunt in Hieruſalem cæperuntque Manaſſem & victum cathenis & compedibus duxerunt in Babilonem, qui coanguſtatus eſt adorauit dominum ſuum & egit pœnitentiam: & c. ſecundo. Paralipomenon trigeſſimotertio. Placantur & eleemoſina ideſt muneribus. V. Delirant, qui Deum muneribus placari cenſent. A. Idem videtur innuere Plato ſecundo de Voto, quum dicit: Itaque nil Troianis proderat, cum aduerſos Deos haberent, ſacra, ac munera temere illis offerre. Subiungit: neque enim eiuſmodi eſt Dei natura, vt ducatur muneribus, quemadmodum improbus fœnerator. Sed nos nimium deliramus, ſi quando nos Lacedemonijs propter munera acceptiores Deo eſſe ducimus. Etenim graue eſſet, ſi Deus ad donaria, & ſacrificia noſtra reſpiceret potius quam ad animum, vtrū iuſtus, ſanctuſq; ſit. Deus autem vtpote a muneribus incorruptus ſpernit hæc omnia, hæc Plato. Gloſa etiam ſuper Eccle. ait: Apud Deum non quantitas numeris, nec perſonam, ſed dilectio & humilitas cordis. Secundo Prouerbiorū decimonono fertur: Non eſt apud dominū Deū noſtrū iniquitas, nec perſonarū acceptio, nec cupido numerū. q cquid prophanus vates ītellexerit eo carmine.

Munera placant homineſque Deoſque.
Placatur donis iupiter ipſe meis.

Thobias duodecimo infit: Eleemoſina a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Danielis 4. ſcribit: Peccata tua eleemoſina redime. Thobias 4. inuit. Eleemoſina enim ab omni peccato, & a morte liberat. Et duodecimo alegatus dixit: Et ipſa eſt quæ facit inuenire vitam æternā. Da pauperibus & habebis theſaurum in cœlo, Matthei decimonono. Ouidius hic canit & bene certe:

Sæpe Iouem vidi, cum vellet mittere ſæua
Fulmina, thure dato, ſuſtinuiſſe manum.

Hippocrates in libro de Virginum morbis poſuit, quod virgines

pro

pro recipienda ſanitate, præcioſiſſimas veſtes muliebres Dianæ conſecrabant.

V. Certe immenſam Cyri memoriã (vt verũ fatear) in te cõperio, dñe Arma, quia nõ oblitus es tot pœtas, tot authores priſcos, q̃d ego minime poſſem. A. Nõ. n. oĩbus oĩa cõueniunt. Ego a teneris vſus fui. V. nẽpe, vt etiam Virgilio ſecũdo Georgicorum placuit:

A teneris conſueſcere multum eſt.

A. Tenaciter enim, Quintiliano referente, inhęrent animis noſtris ea quę a rudibus annis percepimus. Habes ne quid amplius in tuis impoſturis enarrare, o domine Vulge? V. Habeo certe. A. dicas igitur. Do tibi hãc veniam loquendi. V. Reſtat mihi dicere quod nundum poſſum quieſcere cum tuis argumẽtis, quin Medicina ſit Ars & non ſcientia. A. Adhuc de re tam clara repetis & dubitas? V. Neſcio ſi clara. Et res quæ non ſæpius repetitur quantumuis maxima, in obliuionem tranſit. Nam cũm cumulate ſemel tantum de deris, tempore obliuiſcũtur. Et pluries repetita placebunt. A. Imbrem cribro geris. At neſcis quod etiã Satiricus ait? V. Quid ait ille tuus Satiricus? A. Sic:

Occidit miſeros crambæ repetita magiſtros.

Ac ſi vellet dicere quod res ſcępe repetita tedium parit. Nam ueluti moderata moderatis amica, ita immoderata moderatis inimica ſunt, ait Plato tertio de Legibus, attamen dicas ſi quid dicturus es, & præſens nempe ſermo, & reſponſio quam faciam, his qui Medicinam modo, ſuo malo, inuadunt aduerſabitur. V. In his, quę ſenſu conſtant nemini credendum eſt, ſi ratio, quæ ex ſenſu ſummitur oppoſitum ſuadere videatur. A. In his, quæ ſenſu conſtant nõ eſt opus imaginatioue vti, ſed ſenſus ipſe iudex eſſe debet. V. Negabis hoc domine doctor? Obſecro te per Medicinæ Heroas, vt verum fatearis: A. Dicas. V.

Primum naſcimur omnium puſilli,
Et molles, lutei, cæterique,
Donec viuidus, artifexque ſenſus
Obiectum capit, imprimitque menti,
Et raſa quaſi pingit, in tabella,

Quas

Quas artes parit, edocet quæ & offert
Certis legibus vſui magiſtro.
Hinc noſtra omnia ſiue condiendis
Sacris viribus, ſiue cibo parando,
Siue certare mero velis bibendo,
Siue luctando, canendo, ſiue amando,
Quod Naſonis opus fiebat Arte.
Orabat Cicero peritus Arte.
Diuinus Plato diſputabat Arte.
Mirum Pytagoras tacebat Arte.
Languentes Medica iuuantur Arte.
Et ventrem Archigenes leuabat Arte.
Ad ſummam, omnia veſtra ſunt ab Arte.
Quinquaginta hyemes, licet peractas,
Et dextra modo ſupputabis annos,
Surdus perpetuo manebis infans,
Et nudus niſi veſtiaris Arte.

A. O pulchra deductio. His argumentis vulgus adductus, credit Medicinam Artem & non ſcientiam eſſe, & Illuſtrari ſuis exemplis, & friuolis fabellis. Mirabar certe te a communi errore iã liberum eſſe. Nam ego vno in ſaltu lepide aprum capiam vnum. Quæ enim abſurdior futiliorque ſententia hac excogitari poſſit? Quis eſt qui modo literas attigerit, tam cæcus, & omnis doctrinæ ac humanitatis expers, vt hoc eſſe præter omnem, & rationem, & morem hominum non videat? Hic amum vorauit. Certe plus ſcire ſatius eſt, quam loqui. Quæ hominem in contentione euehunt quatuor ſunt, authoritas, diuitię, potentia, & prudentia, quę quidē prudētia, ſm Ariſt. 6. Ethicorum, eſt recta ratio agibilium. Vel prudentia ex Macrobio, eſt virtus dirigens ad rationis normam vniuerſa quæ cogitat, quæque agit, ac nihil præter rectum, vel laudabile facit. Vel iterum, prudentia, ſecundum Ciceronem ſecundo Rhetoricorum, eſt rerum bonarum, ac malarum ſciētia. Vel iterum, prudentia ſecūdum Auguſtinum primo de libero arbitrio, eſt appetendarum & vitandarum rerum ſcientia. Quid

igitur

igitur de re dicam, qui ſaltem ibi prudentia cares? Si prudentia non careres, ſcires quod ibi Ars accipitur pro aſtucia, vel pro induſtria, quæ Græce τέχνη dicitur. Quare Ouidius primo Artis dicit.
Arte citæ, velloque rates, remoque reguntur.
Arte leuis currus, Arte regendus amor.
Et Ars in agendo, quæ actu perficitur: Vel ab arcto, quod arctat: Vel ab arceo, vt alias dictum fuit, dicitur, quod arctis præceptis concludat. Et hæc ſcientia Medicinæ, quia diuino influxu (vt & in præcedenti parte ſatis demonſtratum fuit) habita fuit neminem arctat, imo blanditur, quia vt Menander inſit ſic:
Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη. hoc eſt:
Portus infœlicitatis eſt hominibus Ars. Videas quod Artis ethymologiam non nouiſti ibi. Igitur oſcitanter rem meam damnando accepiſti. Cane igitur palynodiam. Primam, o Vulge, & optimam eſſe dico victoriam, vt ſeipſum quis vincat: turpiſſimum vero quiddam, & peſſimum, vt a ſeipſo vincatur. Sic enim Philippus Macedonum rex cum oſcitanter cauſam audiens damnaſſet Machetam, illo prouocante cum intellexiſſet Philippus, Machetam iniuſte damnatum, non reſcidit iuditium, ſed mulctam pro eo ſoluit. Non ſolum Medicina diuino influxu habita eſt, ſed & Medicus, dico Medicus philoſophus, eſt Dijs æqualis, vt etiam voluit Hippocrates in de Decenti ornatu. Ea autem ratio eſt, vt hoc aſſequamur, vt quod in ſuperioribus naturis optimum eſt imitemur. V. Quid eſt in ſuperioribus naturis optimum? A. Nullo indigere, omnia ſcire, diutiſſime viuere, ac ſecuritate frui, quæ omnia (ſi bene ponderas) in ipſa Medicina inſunt. Quamobrem, dicebat Plato in de Atlantico, vt poſthac rectius de Deorum generatione loquamur, Medicinam nobis à Deo Medicinarum omnium perfectiſſimam, ſaluberrimamque dari, ſcientiam exoptamus. Non dixit Artem. Vnde Hippocrates in libro de Decenti ornatu ait: Quapropter ſingula prædicta ſuſcipere oportet, & ſapientiam transferre ad Medicinam, & Medicina ad ſapientiam. Neque enim multa eſt inter ipſas differentia. Subiungit: Nam omnia quæ ad ſapientiam requiruntur, inſunt in Medicina. Erit igitur

tur Ars? V. Maheramadus Arabs Zachariæ filius, Reſi librum dica uit, in quo Medicinam Artem vocauit. A. Verum eſt, vt tu autumaris, ſed ſi hoc verum eſſet, merito cum Lucano ſic dicerem:

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem.

Vocat nempe ibi Artem, de Chirurgia tractans. Quod hoc ſic verum, edidit & librum, qui Continens dicitur, in quo inuenies dixiſſe omnia quæ Medicis neceſſaria ſunt, & ibi vocat Medicinam Scientiam. Certe (vt uerum attingam) nó minus quam Caninius uigilans es in tuis impoſturis. V. Quis fuit hic Caninius? A. Caninius conſul fuit Romanus, qui primo die ſui conſulatus interijt: Vnde exit Ciceronis iocus; Vigilantem habuimus Caninium cóſulem, qui ſomnum in ſuo conſulatu non uidit. V. Halyabas tuus primo Theoricæ libro, non ne illam appellat Artem? Et teſtatur Hippocratem illam appellaſſe Artem? A. Mihi mare ſine piſcibus, & montes ſine lignis deſcribis, & exercere mercaturam abſq; pecunijs uideris. Verum non ſolum in optando, ſed etiam in agendo, & ſentiendo grauiter aberramus. V. Quem appellas errorem? A. Tuum. Halyabas loco a te citato (ſi bene percunctaris) non ſolum Medicinam Artem, ſed & Scientiam uocitat, & teſtatur Hippocratem illam & Artem & Scientiam appellaſſe. Artem reſpectu Chirurgiæ: & Scientiam reſpectu Medicinæ. Quod etiam abundé Hippocrates in libro de Arte intendit, quod ſit Scientia: Et ubi Artem ſentit, quia de igne, de inſtrumentis loquitur, intendit de Chirurgia, quod hoc ſit uerum. in fine libri, loquitur de auxiliarijs manibus. Videas Leonem Sauium ubi ad equitem Lodouicum Sangelaſium ſcribit, ibi ſic uere digne refert: Errant enim uehementer (meo iudicio) qui Hippocratem audent criminari, quo nullus in Medicinæ ſcientia (uideas quod eam ſcientiam appellat) tot tantiſque ſeculis extitit præſtantior. Meſſius pariter Arabs (ut & Arabes etiam citem) in libro ſuo Aaron, ponit illam Scientiam. Nonne Hippocrates in libro de Lege uocat illam Scientiam, quum dicit: Quiſquis enim Medicinæ ſcientiam ſibi uere comparare uolet, & quæ ſequuntur? V. Galenus tamen tuus in titulo Artis Medicinalis ad Glauconem appellat Medicinam

Artem

Artem(vt verum noſcas)propter ſecundum librum,qui Chirurgi
cis inſeruit facit,attamen in principio tractationis dixit eam Sciē
tiam. Et primo Artis curatiuæ quarto eam Scientiam & perfectā
declarauit,quoniam & ipſa ex indemonſtrabilibus demonſtrat.
V. Auerroes in ſuis Collectaneis vocat eam Artem facientem. A.
Reſpondeo: Et ſi ad tanti viri errata conſultius eſſet forte conniue
re,attamen quia veritas ipſa nullius nec odio,nec amore deſeren
da eſt , ideo nec huic eſſe parcendum putaui . Hallucinatus eſt
ille Cordubenſis tripliciter: primo quia Artem ſub faciente collo
cauit, & non ſub agente : Secundo quia principium Artis non
eſt προαίρεσις , ſeu præelectio quædam , ſeu recta electio : hæc
enim ad Prudentiam pertinet , non autem ad Artem : Tertio
quia Ars eſt agens proprie non faciens . Sumitur & Medicina
pro habitu factiuo ex Medicina primo,modo ſumpta generatus ,
& ſic ſumendo eſt Ars & non Scientia proprie loquendo de ſcien-
tia. Nam Ars & Scientia ſunt habitus diſtincti vt ſexto Ethicorum
poſuit Ariſtoteles . Et iſta non Medicina,imo potius Medicatiua
debet dici . Et eſt illa quæ inter ſeptem Artes mechanicas con-
numeratur. V. Et quæ ſunt iſtæ Artes mechanicæ ? A ſunt quipe
Artes mechanicæ ſeptem ſcilicet: Nauigatio, Lanificium, Armatu-
ra , Agricultura, Venatio , Architectura, Medicatiua qua Empiri-
ci vtuntur,quia eorum Artes ex experimentis oriuntur , vt primo
Methaphyſices patet,& non ex habitu ſcientifico. V. Nam vt plu
rimum Ars ſic generatur . A . Medicina enim hæc quam confuta-
mus tantum diſtat ab ea quæ mathematicis annumeratur, quantū
a tenebris lux,quantum veritas diſtat a mēdatio,& qui aliter ſen-
tiunt cęcutiunt,& tales ſunt cauſa quod ſcientia Medicinæ in vi-
liſſimo prætio habetur . Fuerunt nempe iſti qui ab vrbe expulſi
fuere,Plinio teſtante . Et ob eam Auerroes primo Collectanearū
authoritate Ariſtotelis , appellat Medicinam Artem mechani-
cam . Et ſic Medicina primo modo ſumpta nullo modo Ars di-
ci debet, imo vera ſcientia quæ etiam ſubiecto differt à Medicati-
ua,vel Medicina ſecundo modo dicta cum illa ſundetur in intel-

E lectu

Digitized by Google

lectu practico.qui conſiliatiuus ab Ariſtotele ſexto Ethicorū vocitatur. Prima vero in intellectu ſpeculatiuo, quapropter a phyloſopho ſcientificus appellatur. V. Quomodo ſcientia practica in intellectu ſpeculatiuo fundari poſſit, non percipio. A. Non inconuenit ſcientiam practicam in intellectu ſpeculatiuo fundari, neque ob id eſt dicta practica quia ī practico intellectu fundatur, imo quia in praxim ordinatur, & ſic accipitur a Pluſquam commentatore primo Tegni. Hoc ideo, cum itaque hi, qui Arabum placita ſectantur, in magna caligine rerum verſantur, facileque infinitis errorum nexibus implicentur, cogitent ſtudioſi, vt a fontibus potius Græcis, quam Arabum lacunis Scientiam Medicinæ hauriant. Licet præceptor meus Dionyſius Fontanonus, qui ſummus in Medicina & erat & habebatur, Arabum quam Græcorum ſententiam ſequi maluit, vbi de febrium curatione præſertim agebatur. Cum enim ſcientiæ operibus conſenuiſſet, illis in affectibus Arabum conſilium ſequenti felicius ſibi ſucceſſiſſe prædicabat. V. Igitur ſunt damnandi Arabum ſectatores? A. Non ex toto damnamus Arabum ſectatores, ſed omnes Græcos in primis imitari hortamur Arabibus non ſpretis, quia nullus liber ſiue author tam malus, quin aliqua ex parte proſit. Dico tamen quod ego omnibus rei Medicæ candidatis ſuaderem, vt in primis Græcis perlectis, Arabes quandoque guſtarent, quos aliqua ex parte prodeſſe non dubitamus. V. Et Græci fuerunt ſemper veridici? A. Et ſi non ſemper ſaltem magna ex parte. Et quis adeo audax præſtantiſſimos Græcos vellicare conabitur? A. Aurem ſcalpas, quid hoc ſibi vult? A. Quod ab aliquo de Scientia quondam audiui, oblitus eram, ſed iam reminiſcor. Inquit autem Plato in de Amicitia: Opinionem veram cum ratione, Scientiam eſſe; ſine ratione, expertem ſcientię, Artem. Et quæ ratione carent, ſciri non poſſe. Erit igitur Medicina Scientia, quia non caret ratione. V. Atque ita quicunque recte aliquid opinantur cum ratione opinari videntur. At nunquam recta opinio ſine Scientia erit. Attamen Medicina non deſinit eſſe Ars. A. Si Medicina recta ratione opina

tur,

tur,hoc ideo non erit Scientia?Poſtremo appellant ſapientes Medicum, Artium & Medicinę doctorem. Videas,o Vulge quod iſta dictio,&,ponitur inter diuerſa.Igitur Medicina non erit Ars. Vtrũ eum qui dolore frangitur,an eum,qui voluptate ſuperatur deteriorem vocare oportet? V. Eum arbitror,qui ſuperatur a voluptate. A. At ſi ego aliam reſponſionem de ſcientia Medicinæ demunſtrauero,præter omnes iſtas iam dictas,iſtis meliorem, qua te dignum pœna putabis? Cõuenit autem vt quis à docto diſcat, quia difficillimum eſt diſcere ſine doctore. A. Conuenit vt quis docto credat. V.Credam,& ero forte tibi amicius. A.Amicus certus in re incerta cernitur. V.Multo magis in certa A.Amicum dicemus eũ, qui bonus vtiliſque & videatur,& ſic,eum vero qui videatur quidem,ſed non ſit,videri quoque amicum,non tamen amicum eſſe. Non ſolum probabile eſt,o amice, ſed penitus neceſſarium,eum qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatum eſt familiare,in amato diligere. Si me,vt fingis, amares,vtique & ſcientiam Medicinæ amares. Medicinæ (vt friuolam rationem tuam obtundam) inſunt omnia,quæ ad ſapientiam requiruntur, quod etiam voluit Hippocrates in eo libro quod de Decenti ornatu inſcribitur. Videas & Platonem de Regno. V.Scientia ſcientia. Quid eſt igitur iſta tua Scientia? A.Ne laborem ſubterfugere videar dicam, licet ſcholaſticum hoc ſit, & iam antea dixerim. Hoc ideo ille blatterator,qui putabat me Scientiæ diffinitionem meis in ſcriptis reliquiſſe,longe decipiebatur,o Vulge.Igitur id quod dici ſolet illi obtrudo: Multo eſſe facilius quiduis repræhendere, quam facere, vel imitari. Repræhendunt enim nonnulli haud dubie & temere & inconſiderate, quæ ipſi nec intelligunt,nec efficere imitari ve poſſunt. Ob id, hortor, noſtra calumniari deſinant, aut ipſi meliora præſtent. Ego quod potui optima fide & ſumma diligentia præſtare annixus ſum. Eſt autem Scientia habitus demonſtratiuus, ſecundum Ariſtotelem ſexto Ethicorum. Medicina eſt huiuſmodi. Scientia, ſecundũ Auguſtinum in lib. de Trinitate,eſt temporalium rerum cognitio ra-

Digitized by Google

tionalis.Medicina eſt huiuſmodi.Scientia eſt determinatio intel
lectus ad alteram partē cum certitudine. Et ſic eſt Medicina.Om
nis ſcientia,dicit Plato in de Regno,abijcit mala,vtilia captat.Et
ſic eſt Medicina.Scribat ille aliter ſi aliter ſapit, aut Aeſopici il-
lius graculi inſtar alienis ſuperbiat plumis. V.Et ſi contingerit
Medicum errare? A. Non deerit ob id Medicina eſſe Scientia,
quia non erit Medicina,quæ errabit. Demum veluti ſcibile dici-
tur ſecundum potentiam: Scientia vero erit ſecundum actum,vel
habitum: Poſtquam quis fecerit habitum erit ſciens. Intellexiſti
hæc omnia? V.Intellexi,ſequere & te atentis oculis inſpiciendo
audiam,quale illud Themiſtoclis: Cum enim ad Olympia proceſ
ſiſſet,Græci omnes laudis derelictis in ipſum tota die oculos con
uerterūt. A.Credis me Pędaretū? V. Quis fuit hic Pędaretus? A. Pę
dareti Spartę ironia abſcōdita,inſit,cum lętaretur non electū eſſe
inter trecentos: Propterea gratulor ciuitati trecentos me præſtan
tiores ciues habenti. V. Audio te quam lubentiſſime. Nulla certe
fœlicitas homini(vt credo)maior contingere poteſt,quam vt glo
riam nec quærat nec habeat. A. Nulla eſt nempe maior gloria,quā
gloriæ contemptus. Scientia,vt ad diuerticulum reppetatur fabu
la,a ſcitu,& ſcire eſt quodam reminiſci,vt etiam voluit Plato, qua
re audias pulchrum: Andreas Columbus memor Ariſtotelis di-
cto. V. Quod dictum? A. Nimium me tuo continuo liuore impor
tunas,& videris mihi Xenophontem in Platonem. V. Quis fuit
hic Xenophon? A. Vides vides quantum moleſtus es. Inter Xe-
nophontem & Platonem tacitæ (in te tamen non eſt tacita) cuiuſ
dam æmulationis liuor extitit, quum hic illius nuſquam ope-
rum ſuorum meminerit. Contra vero Xenophon ipſius Plato-
nis libros de Optimo ſtatu reipublice adminiſtrandæ multis ſcri
ptis impugnauerit. Nec mutuo caruerunt liuore Saluſtius &
Cicero. Bauius & Mæuius ineptiſſimi poetæ, Virgilio ſuam,
æmulationis liuore, inuiderunt gloriam. De quibus ipſe in
Bucolicis:

Qui Bauium non odit,amet tua carmina Meui.

V.Vo-

Digitized by Google

V.Voluptas certe eſt multorum malorum eſca.Laborâs hoc mor-
bo Zoilus(quod ego vere,ſitu me laborare credas,non laboro)Ho
merum poetarum maximum conuitijs lacerare non deſtitit:vnde
Martialis ait:

Ingenium magni liuor detraxit Homeri,
Quis quis es ex illo Zoile nomen habes.

A.Si omnia diligenter conſiderabis,nullam eſſe rationem incun
de fœlicitatis quam morum diſciplinam inuenies. Et ſi tu ex illis
eſſes,cum Catullo, contra Siccionium dicente, pariter non di-
cerem ſic:

Siccioni arbitrio populi tua cana ſenectus
Spurcata impuris moribus intereat.
Non equidem dubito, quin primum inimica bonorum
Lingua exerta auido ſit data Vulturio.
Effoſſos oculos voret atro gutture Coruus,
Inteſtina Canes, cætera membra Lupi.

V.Quis rogo non irrideat Xerſem Helleſpontum iracundia verberantem? aut Atho monti cominantem? Aut Arma in me adeo ſeuientem? A.Quis non miretur hunc æmulum & impoſtorem aſſiduum,conſium culpæ ſuæ ſe more Salethi in ignem ſponte inſilijſſe? V.Quis fuit ille Salethus de quo faris? A. Salethus Crotonæ princeps fuit,qui legem tulit etiam Iulia ſæuiorem: vt mœchi viui cremarentur. Nil maius hoc crimine exiſtimamus. Verum cum fratris vxorem ipſe polluiſſet, depræhenſus, orationem tam luculentam habuit, vt ciues remittere pœnam vellent, ac exilio ſolum eum damnare. At ille culpæ intelligens magnitudinem, in ignem ſponte inſilijt, crematuſque ſic eſt. V. Alcibiades vir vafer (vt & ego aliquid dicam) inter Græcos aliter fecit: Cum infamia laboraret, quod reſpublica ab eo verteretur, Canem pulcherrimum magno emit pretio, inde auribus & cauda abſciſis deformem emiſit, nulla cum cuſtodia, amicis admirantibus, reſpondidit: Non poteram aliter plebem a maledicendo de me in his quæ circa rempublicam tractaui auertere. Nūc huius inſaniæ admiratione detenti, obliuiſcūtur

maio-

Digitized by Google

maiorum negotiorum. Es iam immemor de Andrea Columbo, vt ſequamur ſermonem ſuperiorem? A. Minime. V. Dicas igitur. A. Memor Columbus Ariſtotelis dicto. Vltra Africam in Oceano terram eſſe, ad quam prohibiti fuiſſent Carthaginenſes nauigare publico edicto. V. Qua de cauſa? A. Audias ſi lubet, & atentas aures præbe. V. Audio. A. Ne ob id a re bellica ad luxum diſtraherentur. V. Quid operatus fuit Columbus demum. A. Regi Hiſpaniarum perſuaſit, claſem armare, quo fœlici ſucceſſu, filios, ac nepotes, in principatu noui inuenti orbis reliquit. Idemque aureis vaſis, ac figulinis, in menſa uſus eſt. Ergo ſcientiæ vt nihil ignotum eſt, ſic etiam omnia ſunt in eius poteſtate. Atque adeo e miſeria, ad ſummas opes facilis eſt tranſitus, & iuxta illud poeticum:

Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana.

Vt etiam ſine Arte hoc efficere ſæpius liceat. Et ſi bona quandoque ſine ſcientia, quamuis raro contingat, mala tamen abſque ſtulticia nunquam euenire poſſunt. V. Certe res eſt digna ſcitu. A. Iterum, memini me, cum ſtuderem, nouiſſe hominem, cuius nomen appago, in publica via pauperem, male laceratis veſtibus tectum in coquinis degentem, & verubus tractantem. Paucis poſt annis habuiſſe agros, pecunias, domos, ſuppellectilem ægregiã, equos, ſeruos, & adhuc domus in vrbe eſt, quæ illius tenet nomen. V. Vnde hoc? A. Ob ſui ſcientiam fore tributum. Quapropter Homerus ſuum Vlyſſem non audacem, nam Aiacem illi præponit: non fortem vel celerem. hæc enim Achilli tribuit: non opulentum, nam hoc Priamo: non potentem, quandoquidem Agamemnoni eum ſubijcit: Verum prudentem hoc eſt ſcientem uocat, aut multa tolerantem: quod talem eſſe neceſſe ſit, qui ſciens futurus eſt. Quis enim inſinuabit, cur ad Boream magnes lapis ferrum ſuper impoſitum dirigat, niſi ſcientia, & non Ars? Quis oſtendet, cur Luna maculam ſemper ex eadem parte retineat Ars? Per ſuperos minime, niſi ſcientia. Medicinam, dicit Hippocrates in libro de Arte eſſe morbos ab ægris in totum tollere (quod fit niſi ob Scientiã) & morborum uehementes impetus obtundere, & eorum, qui a morbis victi ſunt, curationem non aggredi, cum id confeſſo ſit,

quod

quod Medicina tales ſanare non poſſit, vt ſunt hi mentecapti, qui volunt Medicinam, ſua peruerſa obſtinatione, quæ eſt ſibi diutinus morbus, eſſe Artem. Mirari profecto ſatis non poſſum, quo pacto magna Medicorum noſtri temporis pars in eam deuenerit inſaniam, vt paſi ſint Scientiam Medicinæ Artem, & ipſos Artiſtas vocitare. Pro inde diligenter admodum Medicæ profeſſionis candidati, iſta animo perpendant, nec plus æquo famã ſuam paruifaciant. Ego primum omnium, vt errorem hunc probe conuincam, dicam: Dato, ſed non conceſſo, quod ſit Ars, erit Ars aliarum Artium dignior, imo digniſſima. Cæterum, nonne dicta eſt Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ideſt à virtute, quam Grãi vniuſcuiuſque Scientiam vocant? Nota igitur Scientiam vtcunque ſit, ne tecto oculo veſtem videas. Ob id omni ſtudio danda opera eſt, vt quiſque noſtrum omiſſis cæteris Scientijs, hanc quærat, aſſequaturque pro viribus ſcientiam, per quam & poſſit, & ſciat & corpus & vitam ſanam ab affecto diſcernere, & quod fieri poteſt tueri. Ex hoc errore depræhendent manifeſteque agnoſcent veritatis amatores, quanta in caligine verſentur hi, qui Scientiam Medicinæ paruipendunt. Hippocrates in libro de Decenti ornatu dicit, nec Galeno diſplicet, Medicinam non ſolum Scientiam ſed & vaticinationi cognatam. Et Galenus eius interpres in libris Pronoſticorum ſolum Medicinam Vati & non Artiſtæ comparuit. Sed hoc miſſa faciamus, vt de Medicinæ Sciẽtia receptui canatur. Obſeruaſti ne o Vulge ea quæ a me dicta fuere? V. Ego integre obſeruaui, & obſeruabo, ſed nundum recte finitum arbitror, niſi omnes Scientiæ Medicinæ partes quas edocturus es in ſumma edoceas. A. Satis abunde dictum eſſe puto, & ſi tibi id, o Vulge iucundum eſt, neque mihi etiam & moleſtum; dicam tantum: Quis eſt enim, o Vulge, iam adeo cæcutiẽs quin cum Galeno primo Methodi medendi libro dicat, Medicinam reliquas Scientias præcellere? Quis eſt tam inſanæ mentis quin cum eodem eo loco citato, aſſerat Medicinam omnium ſciẽtiarum eſſe præſtantiorem? Inſigniter certe hallucinantur, qui aliter præſumunt. Nonne omnibus rebus humani corporis eſt adaptata? tum in vitijs delendis, tum in morbis curandis, tum etiam

in-

Digitized by Google

in ſanis præſeruandis teſte allegato capite primo ſummæ primæ de Medendi ratione per venæ ſectionem. V. Lubens hic prætereo errores quos commiſſeram, & fateor quidem illam eſſe nobilem Scientiam, poſt quam tu me tuis admonitis certiſſimum feciſti. A. Nobilem? imo nobiliſſimam. Imo Medicina eſt ipſamet Nobilitas. V. Quonam pacto? A. De hoc alias narrabo, nunc vero aliqualiter quieſcendum dico & aueo.

Secundæ partis finis.
Ad Tertiam & vltimam deuenio.

Io. Franciſco Armæ. A.S. medico præſtantiſſimo,
Liuinus à Zucca Gandenſis.

Debuerat campo certare paratus aperto
Armatam nuper conſeruiſſe manum.
Armigero ſed nemo Σόφῷ ſe ſe obtulit armis
Ergo nouat pugnæ, ſtrenuus A.R.M.A, vices.

SERENISSIMI D.
DOMINI NOSTRI MEDICI
Ioan. Franciſci Armæ, Clauaſsiani.

Tertia pars quęſtionis,

Quod Medicina ſit Scientia & non Ars, in Dialogos pariter deducta,

Vbi de Nobilitate Medicinæ maxime agitur, incipit.

A R M A.

NE videat per calumniam falſo repræhendere, eos, qui aliter a veritatis tramite deuiarunt & ſentiunt: diſce quod quantum ab antiquis de Nobilitate dubitatum fuerit, illis ſatis exquiſitum eſſe, qui veterum monumenta diligenter inſpexere. Aliqui eam in diuitijs eſſe voluerunt, dicentes: Vnicuiq; tantum eſſe Nobilitatis.

Quantum quiſque ſua nummi ſeruaret in arca.

Memores illius Sophoclis & Menādri dictum. V. Quid ait Sophocles ſic: χρήματ᾽ ἀνθρώποις εὑρίσκει φίλους αὖθις δὲ τιμάς. Ideſt: Pecunia inuenit hominibus amicos pariter & honores. Sumptum ab Ouidio vbi ſic ait:

In præcio præcium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

V. Et quid ait Menander? A. Ait ſic: οὐδὲν πενίας, βαρύτερον ἐστὶ φορτίον.

Digitized by Google

Ideſt: Nullum paupertatę grauius eſt onus. Et fundantes ſe iſti ſupra illud Ariſtotelis dictum primo Rhetoricorum. V. Quid dicit ibi Ariſtoteles? A. Dicit quod Nobilitas ſingularis eſt (nota ſingularis) quæ a viris, aut mulieribus fit propter diuitias. Quod abſurdum eſt de vniuerſali, teſte Platone in de iuſto, vbi ſic ait: Probi viri deſpiciuntur, vbi diuitiæ honorantur. Quare accuſantur, ab allegato, in Clitophone, parentes, qui cumulandis tãtum pecunijs incumbunt, & natorum curam deſpiciunt. V. Memento pariter me vidiſſe, ad huius propoſitum, Eccleſiaſticum. cap. quinto vbi aſſerit: Conſiderans repperi & aliam vanitatem ſub Sole: Vnus eſt, & ſecundum nõ habet, non filium, non fratrem, & tantum laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens: Cui laboro & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque vanitas & afflictio peſſima. A. Certe auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, vnde Satyricus ait:

Sed plures nimia congeſta pecunia cum
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus.

Certe non faciunt quenquam ab iniuria ſecurum opes. V. Igitur nec nobilem. Eſt hoc ergo vanitas? A. Diues enim opum multitudine, aut ſceleratus eſt, aut ſcelerati eſt hæres, vt voluit Hieronymus: Diuitiæ certe non ſunt ſpernendæ, nec nimis affectandæ, q͂d etiã ſenſit Volaterranus decimotertio Anthropologiæ libro, vbi de Anaxagora loquitur. Nam ſi quis in excelſo loco, & in magnis, & in locupletibus copijs collocatus, fortunæ muneribus & naturæ commodis omnibus abundabit, ſi virtutis & ſcientiarum, quæ virtutis magiſtræ ſunt, egebit, quo magis cœteris rebus erat copioſus & illuſtris & expectatus, eo vehementius deriſus & contemptus, ex omni conuẽtu bonorum eijcietur. Auarus quidem, dicit Plato in de Iuſto, lucri ipſius comparatione, honorum vel diſciplinarum obl'ectamenta nullius exiſtimabit, niſi quid forſam ad argentum conferat. V. Certe, quid prodeſt ſtulto, ait Eccleſiaſtes cap. 5. habere diuitias, cum ſapientiam emere non poſſit? A. Rhodope, quæ olim ſerua fuerat, meretritio quæſtu, ob diuitias, quas

poſſidebat,

poſſidebat,pyramidem excitauit:fuit-ne ob id nobilis ? V. Sane minime. A. Si qs ſubditorũ ruſtic⁹ emerit homagii partẽ,vel feudi a ſuo domino , ſuæ cumulatæ pecuniæ, erit hoc ideo nobilis ? V. Memine ſane quidem . A. Erit ſaltem ex condominis vel condominus. V. Non igitur ex connobilibus,etiam ſi Darij vel Crœſi diuitiæ ſibi adeſſent. A. Qui aliter ſentiunt,deuiant a vero. Pecunias certe,qui cumulat,non ſeipſum,ſed aliena curat . Diſce quod pecunia totum eſt quicquid homines habent in terra : Omnia quorum domini ſunt,ſeruus,vas,ager,arbor,præcus,quicquid horum eſt, pecunia dicitur,ſecundum Auguſtinum lib. de Doctrina Chriſtiana. Ambroſius Officiorũ lib. 2.cap. vigeſſimoprimo dicit: Hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus vt pecunia honoris ſit,& animi hominum diuitiarum admiratione digni,ut nemo niſi diues honore dignus putetur. Aberrat,qui diuitias honorat, quoniam temperantiam deſpicit. V. Igitur optime dixit Caſſiodorus lib. 5. epiſtola decimatertia quum dix: Pulchrum eſt neglexiſſe fœda lucra pecuniæ . Videas Volaterranum trigeſſimo ſecundo Philologiæ,uidebis quod ibi quam maxime diuitiæ deteſtantur . A. Pulchrum certe, quare Valerius Maximus libro quarto inuit, quod nihil eorum quæ uirtuti debẽtur,emere pecunia licet, quia male enim res ſe habet,dicit Cicero Officiorum, cum quid virtute effici debet,id tentatur pecunia. Quam optimum eſt,cogitare non ex pecunijs Nobilitatem,ſed ex Nobilitate pecunias,aliaque bona omnia,& priuatim,& publice hominibus prouenire. Bona omnia,docet Socrates,uon ex pecunijs,ſed ex uirtute prouenire. Dives ſimulq; bonus rarus admodũ inuenit,ait Plato,quia pecuniæ, ut uoluit allegatus. per fas & nefas quærunt. V. Pygmalion rex Tyri fuit adeo diuitijs dedit⁹,qđ Sicheũ ſororis ſuæ Didonis maritũ interfecit,ut eius auro potiretũ. A. Quis hoc dicit? Virgilius primo Aeneidorũ. A. Achilles ẽt ductus auaritia, cadauer Hectoris Priamo expoſuit Venale,ut ẽt uoluit tuus Virgili⁹ loco a te citato ubi (dicit.

Exanimumque auro corpus uendebat Achilles.

Polymneſtor rex Thratiæ Polydorũ Priami & Hecubæ filiũ fidei ſuæ tẽpore belli Troiani cõmiſſum interfecit,ut eius auro frueretũ.

F 2 Fuerunt

Digitized by Google

Fuerunt ob id nobiles? V. Quis hoc narrat? A. Propertius libro tertio. V. Imo nobilitatem amiſſerunt. Contra ſpreuit honores & diuitias Crates Thebanus, qui non parum auri & argenti cumulum proiecit in mare, quo melius philoſopharetur, citra impedimentum. A. Aiunt & M. Curium rapam in foco torrentem quum legati Samnitum reperiſſent, eique multum obtuliſſent auri; Malo inquit, hæc in fictilibus meis comeſſe, & aurum habentibus imperare. ? A. Alij perperam & indocte admodum, ac præter anti quorum exemplũ agũt, qui eos nobiles eſſe dixere quorum parentes, aui, abaui, ataui que nobiles fuere, putantes nobilitatem ipſam tanquam bonum hæreditarium à maioribus poſſe relinqui, fundantes ſe ſupra illud Boetij libri tertij proſæ ſextæ de Conſolatione dictum. V. Et quid ait Boetius? A. Dicit: Nobilitas eſt quædam laus veniens de merito parentum: ac ſi vellet dicere: Nobilitas veniens merito parentum, eſt quædam laus. V. Oh valida expoſitio. Tu me beas tuis dictis modo. A. Sed Simphorianus Campegius in vita Meſues tenet oppoſitum, quum dicit: Illa vero ne laudem quædam meretur niſi virtuti coniuncta reſplendeat. Quare in beneficiorum collatione, nobilitas vitæ, & non carnis eſt attendenda: de Præbendis & dignitatibus cap. venerabilis frater, quia, vt Gregorius dialogo primo cap. decimo ſexto ait: Nonnullis ſolet nobilitas generis ignobilitatem parere. Vnde Plato de Attica antiquitate belle ſic dicit: Turpe eſt, non ob propriam, ſed ob maiorum gloriam velle honorari. Quare Iuuenalis Satira Octaua inueit in iſtis ſic dicendo:

Stemata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri? pictoſque oſtendere vultus
Maiorum?

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Mattheum homelia quinta ait: Nobilitas cognatorum non valet, niſi fuerimus nos ipſi nobiles. Subiungit: Ipſe enim ſe vacuum ab omnibus bonis oſtendit, qui gloriatur in parentibus. Plutarchus in Apophtegmatibus ait: Iphicrates, quoniã cerdonis eſſet filius, ad Hermodium, qui ſibi ignobilitatem exprobrauit: Meum inquit genus a me ipſo initium sumit,

mit,tuum autem in te finit. V. Et ibi lucidatur Anacharſidis dictũ: Nos patriæ decori ſumus,cum tibi ſit patria. A. Quod etiam ſenſit Cicero in Catilinam,vbi ſic exprobrando aiebat:

Hic nonus Arpinas,qui pedibus venerat albis.

Ob id Iuuenalis ſatira ſuperius citata ſic ſcripſit,

Malo pater tibi ſit Terſites,dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis,vulcaniaque arma capeſſas,
Quam te Terſitem ſimilem producat Achilles.

V. Ouidi⁹ epiſtola Canace ad Machareũ,ſic ſcribẽdo belle cecinit:

Quid iuuat admota proauorum nomina cœlo
Inter cognatos poſſe referre Iouem?

A. Idẽ tuus Ouidius decimotertio Metamorphoſeos libro fabula prima ait:

Non genus & proauos,& quæ nõ fecimus ipſi
Vix ea noſtra voco.

Idem de Ponto libro primo Elegia penultima canit;

Non cenſus,nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.

V. Iuuenalis ſatira iã bis citata,ſi bene memini,ad propoſitũ infit:

Sed te cenſeri laude tuorum
Pontice noluerim:Sic vt nihil ipſæ futuræ
Laudis agas. Miſerum eſt aliorum incumbere famæ.

A. Qui genus laudat ſuum,dicit Senecas in Hercule furente Tragoedia prima,aliena laudat. Apuleius dixit rem certe veram,hoc eſt:Quem non excellentia generis ſed mores virtuteſque nobilitarunt. V. Domine Arma ego actenus nundum accepi a te quid ſit Nobilitas. Da mihi amabo veram ipſius Nobilitatis diffinitionem,deinde,ſi libuerit,ſequere incoata. A. Ego certe autumabam te veram ipſius habuiſſe,ſaltem nouiſſe, diffinitionem, ſed poſtquam illam non noſti,dabo. Diſce quod Nobilitas,ſecundum phyloſophos, eſt vna qualitas a ſupremo domino data, ob quam aliquis eſt magis gratus vltra eos qui ſunt ciuiles, quæ fuit a principio ob virtutis continuationem introducta, quia nemo eſt Nobilitatis capax niſi ſit virtute preditus. Vel iterum ſic:Nobilitas eſt vna accidentalis qualitas, quæ in aliqua perſona ob ſuas virtu-

uirtutes euenire poteſt,& poteſt ab ipſa amoueri ob aliquod delictum abſque corporis ipſius corruptionem.V.Vnde traxit principiũ,hoc eſt,qui primi appellati fuerunt nobiles? A.Poſt aquarum inundationem,hoc eſt poſt diluuium, multiplicato populo, attento quod aliqui ex ipſis erant aliorum uirtute præſtantiores, data fuit illis præeminentia & authoritas ſupra cęteros, & appellati fuerunt nobiles.V.Accepi modo,& gratias ago. A.Certe multi appellant ſe nobiles & neſciunt quid ſit Nobilitas & vnde uenerit.Et,quod plus eſt, uolunt ſe nobiles dici, licet nunquam rem uirtutis & honeſtatis dignam fecerint.Vt ſequar: ¶Alij aliter ſentientes,uoluerunt illam eſſe in rebus bellicis, ut Cicero in Herenniũ.Quare Iouachimus, Mophortius,non aberrans lib. Sententiarũ dicit, diffiniens ipſam: Nobilitas eſt, quæ ex rebus bellicis præclare geſtis(nota præclare geſtis)aut certaminum cornis reportatur.V.Quid intelligis per pręclare geſtis?A.Dicam infra.V.Aliter ſentit Tibulus Elegia decima primi libri, ubi ſic ait:

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus:& uere ferreus ille fuit.

Videtur & Lucanus ſecundo Pharſaliæ libro idem, reprobando inuere,ubi dicit:

Summum Brutæ nephas ciuilia bella fatemur.

Horatius pariter in Epodio quum infit,reprobat:

Quoquo ſceleſti ruitis,aut cur dextris
Aptantur enſes conditi?
Parum ne campis:atque Neptuno ſuper
Fuſum eſt Latini ſanguinis?

Virgilius pariter Aeneidorum ultimo,ſic ſcribendo cecinit:

Nulla ſalus bello:pacem te poſcimus omnes.

Et ſecundo Georgicorum ait citatus:

Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari claſſica:nec dum
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.

Et primo citati dicebat allegatus:

Quippe ubi fas uerſum,atque nefas, tot bella per orbem,

Tam

Tam multæ ſcelerum facies, non ullus aratro
Dignus honos, ſquallent abductis arua colonis.
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.
Et ſecundo Aeneidorum idem Virgilius ait:
Dolus an uirtus quis in hoſte requirat?

Vnde & Homerus primo Illiados ſcribit: Inſociabilis, ſcelestus, priuatus domo eſt ille, qui bellum amat in populo mortiferum. Et Senecas in Hercule furente tragoedia prima aiebat: Arma non ſeruant domum. Nec temperari facile, nec reprimi poteſt ſtricti enſis ita, bella delectat cruor. Citatus in Thebaidæ ait:

Nunc belli mala
Propone dubias Martis incerti uices.
Licet omne tecum regie robur trahas.
Licet arma longe miles ac late explicet
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.

A. Omnia iſta ſunt extra propoſitum. V. Fateor uidiſſe Imperatorem Cæſarem Iuſtinianum Auguſtum ac triumphatorem, in prooemio de Inſtitutionum confirmatione laudaſſe Arma. A. Credo, & qua uia? V. Dum diceret: Imperatoriam Maieſtatem non ſolum armis decoratam. A. Nota decoratam, & non dixit armatã. V. Vnde hoc? A. Hoc euenit, quia Imperator ille habebat galeã ad decorem, auro aſſiduo fultam, ut ſpectatus haberetur, & ut maieſtatis erat. Nunc uero, galeæ loco Imperator triplici coronatur corona. V. Subiungit: Sed & legibus armatam. A. Et hoc merito in fauorem legum, quia leges Imperatoris ſunt arma. Et leges dicuntur armare homines, præſertim dum litigant, ſi bonum ius fouent quia lex eſt, ſecundum Ciceronem libro ſecundo de Deorum natura, recti perceptio, prauique depulſo. Lex proditur, 4. di. c. factæ ſunt, ut humana coerceatur audatia: & tuta ſit inter improbos innocentia. Videas igitur quod eſt arma Imperatoris lex. Quare Cicero aiebat: Parum proſunt arma foris niſi ſit conſilium domi, intelligens pro conſilio legem. Vnde extat illud: Cedant arma togæ. V. Comperij certe quod lex neminem cogit benefacere,

Digitized by Google

nefacere,ſed male agere prohibet. 23.q.5.c.ad fidem.Et gl.in pro
oemio Decretaliū. A.Nulli dubium.V.Caſſiodorus Epiſtola ter
tia quinti libri dicebat:Iuſticia minus diligūt,qui frequenter prę
lia tractauerunt.Dicebat & pœta ille ſic:

Nulla fides,pietaſque,viris,qui caſtra ſequuntur.

A.Quod ego certe non dicerem.V.Quare? A.Quia vndique boni
vndique mali,ſemper ſunt. V.Quod hoc ſit verum, videas ſupra
de Polymneſtore.Videas & de Aulo Poſthumio Albino, qui miſ-
ſus ad inferendum Iugurthæ bellum, pecunia corruptus deſtitit.
Et quo tempore Anibal opprimebat Campanos bello, Valerius
Beſtius Ruſcium Imbrici ſoceri ſui filium,quem acceperat ſeruan-
dum,auaritia ſtimulante,fide non obſeruata, & pietate demiſſa,
morti dedit,vt eius auro potiretur.A.Vere beſtius fuit appellatꝰ:
Et non fuit milles nec nobilis,quia iſta non fuerunt præclare ge-
ſta,imo Nobilitas per infamiam & ſcelera amittitur,teſtante pari-
ter Cicerone officiorum primo, quia nulla ſine honeſtate poteſt
eſſe Nobilitas.Perduntur & eius priuilegia ob infamiam. Credo,
vt verum fatear,poetam ſupra intellexiſſe de Lixis & de Cupidi-
naris,qui caſtra ſequuntur,& qui in Mercatorum numero haben-
tur,qui a Cupedijs dicuntur,aut a cupiendis denarijs,quia nimiū
cupiunt denarios. V.Gellius ait Cornelium Ruffum manu quidē
ſtrenuum & bellatorem bonum fuiſſe,ſed furacem & acri auaritia.
A.Ideo non fuit nobilis.Ob id per plures & ſane multi,tenent mi
litiam vel bellum nec dignitatem,nec Nobilitatem præſtare, ſed
aberrant.V.Non ab re quia vt plurimum pro re iniuſta mouentur.
vel propter tirānidem,vel propter rapinam.Vnde bellum eſt diſ
ſenſio per quam arma mouentur.Quare bellare non debent præ-
lati,nec bellis intereſſe.In hoc Moyſes exemplum dedit, qui alijs
pugnantibus non ſe immiſcuit,ſed orauit,A.Dicis certe,belle,vt
plurimum,non vt ſemper,quia,ſi bene memini,militaris pruden
tia ſiue bellum,vt plurimū eſt virtus qua regitur multitudo exer-
citus ad tuitionem totius boni communis.V.Igitur bellū nō cul-
patur,ſed abuſus.A.Bellum nempe debet exerceri hac intentione
vt mali coerceantur,& boni ſubleuentur. Eopropter, quiſquis ſit

milles

Digitized by Google

milles vel bellator, qui hunc ſeruauerit modum, erit nobilis. Et bellum ex ſe eſt nobile, teſtante etiam Cyclico in Arte poetica Horatij, quum ait:

Fortunam Priani cantabo, & nobile bellum.

V. Arſaces obſcuræ conditionis homo, collecta Scytharum exulum manu Parthos ſubegit. Syriæ regem Seleucum & Hircanos redegit in ſeruitutem, an hoc ideo fuit ipſe nobilis? A. Fuit ſi continuauerit, & nulla alia ſe mixto arte. V. Incredulus certe ſum, qđ omnis milles ſit nobilis, quia adſunt quãdoque muliones, bubulci, & huiuſmodi homines infime conditionis bello, & erunt nobiles? A. Viriatus Luſitanus, in prima iuuenta fuit opilio, demũ venator, poſtremo latro, ex latrone imperator deuenit & vnicus defenſor ſuę patriæ, & Romanos exercitus contriuit. M. Ventidium prætorem fuſo eius exercitu cepit. Cl. Mimeriũ & C. Nigidium oppreſſit. Dico, igitur ſi, ſpræto exercitio mecanico, continuauerint, erũt nobiles, quia millitia, cum ſuis debitis acceſſorijs ſeruatis, nobilitat. Bellum certe Græcorum in Troianos, quod non nego, ortum eſt ob Helenæ raptũ, teſtante Ouidio primo Elegiarũ dicẽte:

Qualis ab Europa Phrygiis aduecta carinis
Coniugibus belli cauſa duobus erat.

Idem refert Propertius libro ſecundo, dicens:

Olim mirabar, quod tanti ad pergama belli
Europæ atque Aſiæ cauſa puella fuit.

Vbi ad raptum vindicandum Græci armauerunt in Troianos. 886 bellatorum milia. V. Et contra? A. Contra vero Troiani habuerũt. 776. milia Carinas eirciter mille. V. Quis enumerauit, & quis refert? A. Dares Phrygius. V. Fuit hoc nobile bellum? A. Fuit rapina attamen bellum ex ſe ob id nonn deſinit eſſe nobile. V. Obſeſſis a Veſpaſiano Hieroſolymis vndecies centena millia ferro, & fame perierunt, authore Ioſepho. Erunt hoc ideo nobiles? Etſi nobiles in hoc an in alio ſeculo? Minime. A. Erunt nobiles, qui ex parte Veſpaſiani erant, quia belli acceſſoria ſeruarunt. V. Quæ nã ſunt belli acceſſoria? A. Pro fide: pro bono publico pugnare: pro patria: & pro ſui Ducis tutella, & huiuſmodi. V. Veſpaſianus

G quo

quo nomine pugnauit? A. Vt Hieroſolymam Romano imperio reſtitueret,& erat eius patria Roma. Ob id Aratus dux Sicyonius, collecta coniuratorum manu patriam ſeruitute liberans, vere nobilis effectus eſt. Carolus magnus Pipini ſecundi filius Aigolandum Saracenum, Hiſpanoſque male de Chriſto ſentientes ſubiugauit. Clodoueus Gallorum rex, Gothos regno ſuo expulit, Alaricum eorum regem cecidit. Conon Athenienſis bellica virtute clariſſimus, Lyſandrum Lacedæmoniorum ducem terreſtri prælio vicit, & Athenarum reſtituit libertatem. L. Sicinius Dentatus propter ingentem fortitudinem Achilles Romanus vocatus eſt. Pugnauit in hoſtem. 120. prælijs; Cicatricem auerſam nullam, aduerſas. 45. tulit. Coronis donatus eſt aureis. 8. Obſidionali vna: Muralibus tribus: Cinicis. 14. Torquibus. 83. Armillis plus centum & ſexaginta: Haſtis. 18. Phaleris item quinquies viciesque: Triumphauit cum Imperatoribus ſuis triumphos nouen. Iſta erunt præclare geſta. Iſta erit nobilitas, quæ ex certaminum coronis reportatur. V. Bellum tamen, ſi eius ethimologiam poſtulamus, dicitur eo quod per antiphraſim, nec bonum nec bellum ſit, vnde Lucanus Pharſaliæ quarto ait:

Heu miſeri quæ bella gerunt.

Præſertim ciuile bellum. Vbi filius patrem interimat, erit hoc bonum vel bellum? Quod pater filium, erit hoc præclare geſtum? Quod templa ac fana vaſtentur: Quod virgines ſtuprentur: Quod ſacerdotes turpi nece necentur, erunt ne hæc præclare geſta? Erit reportare coronas? Erunt hoc ideo nobiles? A. Certe minime. V. Ideo non in omni re bellica erit Nobilitas. A. Fuit enim præclare geſtum bellum in Turcas, quia bellantes Turcæ contra Chriſtianos, iuſte a Chriſtianis impugnantur. Et morientes in tali bello Chriſtiani ſi ex fide & propter fidem pugnat ſaluantur, quia bellum tunc propter fidem geritur; & vt pax acquiratur. Et ibi dictū illud Virgilianum verificatur. V. Quod dictum? A.

Pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Fuit præclaræ geſtum illud Manli Capitolini, qui ob Capitolinū a Gallis defenſum nomen ſortitus annos. 16. natus militem uolūtarium

tarium ſe obtulit. Militaribus donis. 37. a ſuis ducibus donatus eſt. Cicatrices habuit. 33. in corpore. Fuit iſtud Horatij Coclitis præclare geſtum, qui pro ponte Sublitio ſtetit, ſuſtinuitque hoſtilem impetum, donec pons a tergo frangeretur, cogitans, quod mori glorioſe, melius quam non mori, & quod nunquam periculum ſine periculo vincitur, quo quum in Tyberim decidit, Ethruſci dicere potuerunt: Romanos vicinus, ab Horatio victi ſumus. Scipio Africanus annum agens 17. principio ſecundi belli Punici ductus in caſtra, circumuentum ab hoſtibus, patrem liberauit. Tu tamen Vulge dices. Nemo eſt tam demens, tanque parum de ſe cogitans, qui alienam vitam magis quam ſuam diligat. V. Dices? Dico. A. Tranquillus ponit & M. Scæuam Cæſaris centurionem, effoſſo oculo, transfixiſque humero & femore, ac clypeo centum & viginti foraminibus terebrato caſtelli commiſſi, portam nõ reliquiſſe. C. Acilius Cæſaris miles nauali ad Maſſiliã prælio, iniecta in puppim hoſtiũ dextera, & obtruncata eam leua apprehẽdit, nec antedimicare deſijt, quam captam profundo mergeret. Acili Beliſarij miles ſolus ad portam Pintianam Gothorum repreſſit impetum. Iſta ſunt præclare geſta. Iſti ſunt, qui vere nobiles poſſunt dici, & meruerunt laudari. Nam belli laus eſt ſumma communi vtilitati iuſte intendere, & hoc erit & Charitatis officium, vt in ſubſequenti dicetur. Quapropter opinione ſua Vulgus longe fallitur. V. His exemplis adductus, aio Nobilitatem poſſe ex rebus bellicis obtineri. A. Imo, quod plus eſt, Imperatores & Reges non dedignati fuere militum nomen & titulum ſibi aſſumere, & milites cõmilitones appellare, vt a Leonida Sparano, qui vt milites vacuos eſſent metu, ita ſolebat hortari: Prandete mij commilitones tanquam apud inferos coenaturi. Et ab Octauiano Cæſare Auguſto vbi ſuperato Antonio & Cleopatra : Deuictis Cantahris : Facta pace cum Partis : Receptis ſignis : Aucta R. P. Portis iam clauſis : Et toto orbe pace reſtituta militibus ſuis veteranis, hoc eſt, qui ſine ignominia continuarunt, dixit: Ponite curas com militones mei, diu pugnaſtis, diu me ſequuti eſtis. & quæ ſequuntur. V. Certe Principi quam maxime ſemper optandum eſt, vt

59

Digitized by Google

pacem,& quietem apud ſe & populos ſuos habeat, & toto ſuo conamine quærere,vt a toto ſuo ſtatu præliandi cauſas a longe teneat,& hæc erunt ſua præclare geſta,quia bellum & militaris prudentia fuit ordinata ad defenſionem boni communis , vt pax habeatur.Eo quia vltra quod bella ſunt dubia & incerta, omnia fortunæ ſubmittuntur & Marti , ac Principum facultates debiliores redunt,populos turbant,& illorum ſubſtantiæ depopulantur , & animos tum dominorũ, tum ſubditorum grauijs meditationibus implent,adeo quod nequeunt aliquid ſuaui in hac breui vita frui.

A.Alij vero,animum intuentes,illam ſolam animi virtutem eſſe maluerunt,Socratem audientes , qui docet quod animi cura magis,quam corporis,aut pecuniarum habenda eſt. Et Senecam libro de Moribus legentes,vbi ſic dicit:Nobilitas eſt hominis generoſus animus. Qui animus dat⁹ eſt ex illis ſempiternis ignibus qui ſydera & ſtellas vocatis,quæ globoſæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos,orbeſque conficiunt celeritate mirabili . Sed vt ager quamuis fertilis , ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt,ſic ſine doctrina animus . Vnde Plato ait : Nobilitas quiſpiam eſt , ſi uirtute fulget . Quare Satiricus ille ſic , ſatira octaua, ſcribit :

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria,Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.

Vt equus indomitus, quamuis natura bene compoſitus ſit , idoneus tamen non poteſt eſſe ad eas vtilitates,& aptus ad ea quę deſiderantur ab equo,ſic homo indoctus,quamuis ingenioſus, & animoſus,ad virtutem non poteſt peruenire,igitur nec ad Nobilitatem. V.Igitur non tam præclarum eſt habere vitrutem,quam turpe non habere. A.Dixiſti. Diſce pulchrum de Virtute carmẽ quod per methaphoram ingenioſe canitur:

Vt vallatus acutis
Circum frondibus horret,
Intus ſed tamen abdit
Dulcem carduus eſcam:
Cœlo miſſa ſereno

Sic

Digitized by Google

Sic virtus, puer aſpris
Ambit ſentibus ipſam
Iucundam ambroſiam Diis.

V. Oh vere pulchrum. A. Simphorianus loco ſupra citato, dicit: Summa apud Deum eſt bonitas, clarum eſſe virtutibus. Quod ẽt ſenſit Hieronymus in epiſtola ad Celantiam. Ariſtoteles ſecundo Politicorum capite nono ait: Vbi non maxime honoratur Virtus (ſumens virtutem & pro animi excellentia) ibi non eſt poſſibile optimorum firmum in republica eſſe ſtatum. Quare Plato de Natura hominis ait: Nonne omni reipublice, omnique imperio, & dominationi vbi virtus deeſt, contingit, vt male agat? Et alibi allegatus, in de Attica antiquitate ait: Oportet igitur vos verborum noſtrorum memores, ſi quid aliud exercetis, cum virtute exercere ſcientes abſque uirtute exercitationes, & poſſeſſiones omnes turpes (nota turpes, ſi turpes igitur ignobiles) malaſque eſſe. Et in de legibus ait: Neque poterit in ciuitatæ excellentes cuiquam conſerre honores, quia diuitijs præſtet, aut quia uelox, aut formoſus, aut robuſtus ſit, ſi uirtute caret. V. Noſco honores uirtuti, non diuitijs, non maiorum gloria tribuendi, quia anima uirtutem ſequens, Deum uidebit. Athenienſes ueteres hi erant, qui omnia ſpernerent præter uirtutem. A. Hanc Sententiam corroborat Plautus in Amphitrione, ſic canendo:

Virtus omnibus rebus anteit profecto.

Ariſtoteles Ethicorum primo capite decimoſeptimo dicit: Nobilitatem dicimus non ſolum corporis, ſed & animi excellentiã. Vnde Senecas ſcribens ad Lucillum, dicit: Cum uolueris ueram hominis æſtimationem uidere, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ menda tia: corpus ipſum exuat & animum intuere, qualis quantuſque ſit, alieno an ſuo magnus. V. Vt cogito, quemadmodum ſtultus eſt, qui empturus equum, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frenos, ſic ſtultiſſimus eſt, qui hominem aut ex ueſte, aut ex conditione quæ modo ueſtis nobis circundata eſt, æſtimandũ putat.

A. Ita

Digitized by Google

A. Ita eſt nempe, vt excogitaſti. Quare Mithridates rex Ponti tanta fuit animi magnitudine, vt filijs præſidijs & vniuerſo principatu deſtitutus, quum nec amplius Romanorum virtuti poſſet obſidere, nihil tamen humile aut abiectum conceperit animo. Quinimo ad Celtas profectus, cogitauit vna cum illis in Italiam irrumpere. Abſdrubal capta Sicilia Romanis bellum indixit, in quo L. Glaucus vir præcipua nobilitate comprehenſam Abſdrubalis nauem non prius dimiſit, quam vtranque amiſerit manum, teſte Plutarcho. V. Cyrus pariter adhuc puerulus, rex (per iocū) inter paſtores creatus, eos qui erraſſent, verberibus ſeuere caſtigabat, propterea accuſatus a quodam (quem acerbius depalmauerat) apud Aſtyagem regem Medorum, quum ab eodem carperetur, quod in tam tenera ætate, vilibuſque pānis iam imperium exerceret: Reſpondidit, regum intereſſe, vt delinquentes animo ſe corriperent vnde & ex eo tempore Aſtyagi factus eſt ſuſpectus. A. Extat de virtute animi illud Bionis dictum: Cum in Pyratas Biō phyloſophus incidiſſet, ſocijs dicentibus, perijmus ſi agnouerint: Reſpondidit Bion: at ego niſi agnouerint: ſentiēs veram virtutem etiam latronibus fore venerabilem. Quanto igitur magis apud illos, qui vel non mali ſunt, vel aliorum potius culpa mali ſunt? Ergo mi Vulge ſumma ope niti decet, ne vitā veluti pecora ſilentio tranſigamus, non ſolum ob nominis noſtri poſt obitum gloriam, quippe & illud ſupereſt, & non cunctis in promptu, atq; etiam dubitabile eſt: Sed ob ſolam ipſam virtutem virtutiſque iucundiſſimum fructum cui Ariſtoteles hymnum hunc deſcripſit, omni æuo dignum quē ex vita eius ſumptum hic addidimus: Virtus laborioſa mortalium generi, pulcherrimum humanæ vitæ incitamentum: cuius pro forma, expetenda eſt etiam apud Græcos mortis conditio, & grauiū aſſiduorumque laborum tolerantia. Et quæ ſequuntur. V. Extant & carmina certè pulchra de ipſa virtute, quæ alias videram. A. Apud quem? V. Quidam poeta ſic delitioſe cecinit:

Quid prodeſt Sphingos recitare enigma chimeræ,
Cur ſitiat Stygias Tantalus inter aquas,
Sol vbi nocte latet, num ponti ſurgat ad vndis,

Quot

Quot montes,& quot flumina mundus habet,
Quid iuuat egregia quod tu ſpaciaris in aula,
Et poliat digitos,fulgida gemma tuos,
Quippe parum prodeſt;morum niſi docte corruſces,
Moribus eſt virtus;pluris habenda bonis.
Vis circunſpectus,clarus,generoſus haberi?
Mores & geſtus nobilitatis habe.
Diuitiæ pereunt,virtus &fama ſuperſunt.
Excellit cunctas nobile nomen opes.
Sæpius,affirmo,amor eſt in corpore virtus.
Sæpe intus ſtatuæ nil niſi ſordis habent.
Nec phaleris laudatur equus:nec frondibus arbor.
Ille pedum curſu:fructibus iſta placet.
Sic neque diuitiæ:ſed fama & florida uirtus.
Et vitæ laudet te ſine labe tenor.
Querite mortales virtutem querite toto
Pectore,nam cunctas præterit orbis opes.
Tempore,vel furto,bello,vel peſte,vel igni,
Res pereunt vires,gloria,fama,decor.
Sola ſed æternos fert virtus fulgida fructus.
Cœtera defficient:illa ſuperſtes erit.
Ergo patres patrię iuuenes uirtute beatos,
Reddite non opibus:quæ uelut unda fluunt.
Roma caput mundi:gemmis ſublimis & auro
Quam iacuit gazis expoliata ſuis.
Cui tamen eſt uirtus: Fortunæ fortiter obſtat,
Et dubias forti remige uitat aquas.

A. Ergo Charitas Nobilitas ipſa eſt, cum ſit animi excellentia? V. Quid eſt Charitas? A. Eſt Charitas, ſecundum Auguſtinũ, rectiſſima animi affectio. V. Igitur Nobilitas. A. Patiamini parum per, o Vulge, ut ab ipſa Charitatis diffinitione multiplicique eius dignitate exordiá, & uidebunt iterum ſtudioſi, ubi uella in fine tẽderint. V. Patior, dicas. A. Licet aliqui dixerint inexperti, deforme eſſe de ſeipſo prædicare. V. Conticeſcãt, quia apud uos plus ratio ualet

Digitized by Google

valet,quam mea Vulgi opinio.A.Quum in præſentiarum ferat animus exaggeratis authoribus tum ſanctorum patrum, tum ſanctiſſimorum cannonum oſtendere hanc ipſam inter omnes Nobilitates obtinere principatum. Hieronymus ſic inquit: Charitas eſt virtus qua quod diligendum eſt diligitur.Si virtus,teſte Platone loco antea citato, & Satirico loco etiam citato, ergo Nobilitas.Paulus ita diffiniuit vt ſit vniuerſæ legis plenitudo,initium,& finis.V.Igitur Nobilitas.A.Omnes certe Nobilitates bonæ ſunt, ſed ſola hæc altitiſſimis eſt affixa radicibus.Et qui hanc vnam habet, omnes habere probatur, qui hanc vnam non habet, nullam habere uī.V.Nihil eſt igiť homini Charitate melius,cuius ſemina cum ipſo ſtatim lacte ſunt inſtillanda paruulis?A.Certe ſola Charitas eſt quæ vincit omnia,vt etiam ſenſit Auguſtinus libro de Doctrina Chriſtiana,quia Charitas eſt actio rectitudinis oculos ſemper habens in Deum.Nolo eſſe prolixior,ne forte opus ſit vt cum Pacuuio dicam:Oro in me ne flectas fandi prolixitatē. Quia Charitas Nobilitas ſola eſt,erit igitur & ſcientia Medicinæ ſupręma & ſola Nobilitas.Iſtis Platonis,Ciceronis,& Auguſtini teſtimonijs quid apertius? adeo vt nullus ſanæ mentis hic tergiuerſari poſſit.V.Quare? A.Cum ſit Charitatis præcipua adminiſtratio. V.Hoc etiam in prima parte huius oſtenſum fuit. A. Fuit quidem & probatum.Tum quia quod omnia quæ in ipſa Charitate reperiuntur,& in ipſa ſcientia Medicinæ reperiuntur. V. Adeo quod niſi Charitas eſſet Charitas,tuis dictis,ipſa Medicina eſſet Charitas? A.Dixiſti, & res eſt ſatis per ſe nota.V.Charitas eſt virtus qua quod diligendum eſt diligitur.V.Nego.A. Nonne diligit proximum,ſi toto conamine quæ ritat vt eum in præſenti vita diu uiuacem faciat? V.Charitas eſt uniuerſæ legis plenitudo,initium & finis,quia in Charitate præcepta duo ſunt:amor Dei,& amor proximi.A.Medicina eſt rectiſſima animi affectio, qua diligitur Deus propter ſe,& proximus propter Deum. Nonne in hoc lex adimpletur? V. Charitas eſt habitus animi in naturæ modum rationi conſentaneus.A.Animi habitus & uirtutes, ut Ariſtoteli placet, quinque facultatibus ſubſeruiunt,arti,prudentiæ,ſcientiæ, intelligentiæ,

ligentiæ, ac ſapientiæ, quæ omnes in ipſa Medicina reperiuntur, vt res per ſe eſt manifeſta ſatis. Erunt nō plures in ipſa Charitate? V. Charitas eſt ſumma & mera bonitas. A. Quam maiorem bonitatem haberi eſt poſſibile, quam oſtēſam ab ipſo Hippocrate in ſuo Iureiurando? V. Charitas eſt actio rectitudinis oculos ſemper habens in Deum, inuente Auguſtino libro de Doctrina Chriſtiana. A. Si Medicina fuit a Deo inuenta, vt probatum antea per nos fuit in prima parte, & vt ſacra teſtatur pagella dicens: Creauit enim Deus Medicum & Medicinam, & vir prudens nō aborrebit eam. Alibi: Honora Medicum, etenim propter neceſſitatem crauit illū altiſſimus: Et vt refert Plinius: Et conuenit Deus Medico in curandis corporibus, teſte etiam Plinio: aut oculi Dei erunt in Medicū, aut oculi Medici in Deum? V. Sola Charitas vincit omnia. A. Nulla ſcientia frūticoſior Medicinæ ſciētia, teſte etiam Plinio vigeſſimonono ſuæ Naturalis hiſtoriæ. Subiungit: Necnon & hodie multiphariam ab oraculis Medicina petitur. Et quæ nam verior Nobilitas eſt, o Vulge, quam ipſa Medicina? Si Medicus eſt Deo ſimilis in curandis corporibus, vt antea per nos oſtēſum fuit, & vt voluit Hippocrates in de Decenti ornatu, quę nam erit illa ſcientia, quæ talem & tantum habeat authorem? Oh boni ſuperi quo pacto poſſunt alij nobiſcum de Nobilitate contendere, cum ætate noſtra hanc ſciētiam conſtantiſſimam habeamus, quæ olim antequā in ſcientiam redacta eſſet: inconſtās multum fuit, quam princeps ille Medicorum Galenus, & vir ſolertiſſimi ingenij rex Auicennas, vt ſcripſit de eo Commentator tertio Cœli ex media philoſophia auxerunt. Arguitur igitur ſic: Illa ſcientia quæ reddit homines magis honorabiliores eſt nobilior. Scientia Medicinæ. vt ait ille, eſt huiuſmodi. Ergo & cœtera. Valet conſequentia cum maiori. Cuius enim effectus nobilior eſt: ipſum quoque nobilius eſt. Minor declaratur. Nam Medicinę ſcientia ſemper in ſummo honore fuit in tantum quod ſapientiæ pars antiquiſſimis temporibus habebatur: Demumque primum inuentorem ſuum aſſignauit & cęlo dicauit, vt clare in prima parte oſtēſum fuit. Iterū ait illæ; Illa ſciētia quæ ſubternatur ſcientiæ nobiliori eſt nobilior: Medicinæ ſciē

H tia

Digitized by Google

tia eſt huiuſmodi. Ergo & cœtera. Valet conſequentia cum maiori, quia ſubalternata recipit ſubiectum ſuum & principia a ſubalternante. Maior vero eſt per ſe nota. Subalternatur enim ſcientia Medicinæ, vt in prima etiam parte dictum fuit phyloſophię morali, vt in libello de Senſu & ſenſato colligitur. V. Nundum quieſco. A. Arguitur iterũ a quodã ſic: Illa notitia vel cognitio quæ eſt de rebus indeterminatis ualidioribus & directiuo indigentibus eſt determinata & irrationabilis & nullo modo ſcientifica eſſe poteſt. Notitia dictarum nobilitatum eſt huiuſmodi. Ergo & cœtera. Valet conſequentia cum maiori quantum ad primam partẽ per Ariſtotelem quinto Ethicorum dicentem, quod indeterminati regula debet eſſe indeterminata. Dat exemplum de regula Leſbię ędificationis, quam oportuit eſſe plumbeam, & reddit cauſam, ad figuram enim lapis tranſmutatur, quia lapides illi Leſbiæ erant diuerſiſſimi non poterant in rectam figuram redigi. Ideo eorum regula obliqua erat. Cum ergo Medicina ſit ſcientia ut ex antea dictis patet, erit præſtantior & nobilior tali habitu non ſcientifico. Pro deciſione iſtius cauilli ponitur concluſio iſta. Medicina eſt ſcientia nobilis ualde naturali phyloſophię ſubalternata, quę in nobilitatę alterę comparanda non uenit. Diſce tamen quod ſciẽtia Medicinę dupliciter ſumitur, uno modo pro habitu ſcientifico per demonſtrationem acquiſito, ſeu illa demonſtratio ſit quia uniuerſaliter propter quid ſic ſumi poſſit nulli eſt dubium: poſſunt enim fieri & fiunt in Medicina demunſtrationes a priori & a poſteriori, ut patet ex Galeni & Auicennæ dictis, uerum tamẽ eſt quod ut plurimum procedit a poſteriori ut etiam contingit in ſcientia naturali, & ſic ſumendo Medicina ipſa eſt naturalis ſcientiæ ſubalternata, a qua ſua accipit principia. Nam naturalis principia ſanitatis & ægritudinis habet conſiderare, cum conſideret eius ſubiectum quod eſt corpus viuum, vt in prima parte etiam demonſtratum eſt, habet & principia talis ſubiecti conſiderare. quia Medicina eſt virtus ſcientiſica charitatiua, qua corpora humana ſana præſeruantur, & affecta ſanantur. Illa autem quæ ſunt ſubiecti principia ſunt paſſionum eius principia iuxta mentem Ariſto-

telis

telis in de Senſu & ſenſato circa principiũ, ubi aſſerit: Plurimi Medicorum qui magis phyloſophiæ artem Medicinæ proſequuntur. V. Siſte, videas quod appellat eam Artẽ. A. Siſte tu, & videbis explanationem. Sequitur: non ſolum experimentis vtentes ſed cauſas inquirentes incipiunt medicinalem conſiderationem a naturalibus. Talẽ Medicinam habent rationales Medici, qui ſunt optimi philoſophi naturales quibus honor maximus ab hominibus debetur, quia, vt in prima parte dictum per nos fuit, ſunt ſicut Dij terreſtres. Demum itaque certa manet & ſtabilis vna ſentẽtia, quę nulla argumentorum vi conuelli diſſoluique poteſt, hoc eſt. Illa ſcientia: quæ commendatur ab Eccleſia eſt dignior & nobilior nõ cõmendata, quia Apoſtolus ait: Non qui ſeipſum cõmendat ille probatus eſt, ſed quem dominus. Medicina eſt huiuſmodi, vt patet Eccleſiaſtes capite trigeſſimoſexto: Medicina erga Deum valde reuerenter ſe habere comperitur. Medici vero Deis cõcedunt, dicit Hippocrates in de Decenti ornatu. Igitur & cœtera. V: Certe res eſt clara. A. Quod Medicina ſit ſciẽtia & nõ Ars, id ſatis oſtẽſum eſt, tũ in prima parte, tũ in medio ſecũdæ eius. Quod ſit aliarũ ſcientiarũ nobilior, patet ex antea dictis. Poſtremo, vna ſcientia, dicitur nobilior altera, vel nobilitate ſubiecti, vel propter certitudinẽ: Et ſcientia de anima propter vtrunque eſt nobilior alijs naturalibus, dicẽte Ariſt. 1. de Anima. Verſatur nempe Methaphyſiſica circa animam: Medicina circa corpus: Reliqua vero circa ſubſtantiam. Poſſumus enim ſine alijs viuere. V. Non autem ſine Medicina. A. Dixiſti, & res eſt notisſima. V. Romani tamen vixerunt per plures annos ſine Medicina. A. Male vixerunt ſine Medicina, voluiſti dicere? Et quia rẽ, carẽdo magis, quã fruẽdo, quid valeat, cognoſcitur, poſt quã Romani errorem nouerunt ſuũ, ac vtilitatẽ, & dignitatem ipſius Medicinæ, Medicos (vt in prima parte diximus) inch inde quæſiuerunt: Nihil certe magis ſecundũ naturam eſt, & neceſſarium homini, quã virtus & Medicina, ob id medicę res paratæ natura ſunt, vt etiam inuit Plinius vigeſimoquarto ſuę Naturalis hiſtoriæ, quæ duo ſi adimas homini, iam homo eſſe deſiit. Demum, Medicina non eſt atrox, imo blanda & amica

H 2 bilis,

bilis,bella non concitat nec quærit,imo illa aufugit. Non fumoſa in parentibus non gloriatur, quia ex ſui natura eſt glorioſa ſatis. Medicina non tirannizat, nec opes quærit, imo diuitias ſpernit, & abſque mercede & pacto edocet & curat,vt etiam ab Hippocrate in Cōteſtatione habetur.Medicina eſt charitatiua,& quod ſibi nō vult altero nō facit.Igitur nobilior.V. Adeo quod,vt ex dictis colligiť.Medicinæ ſciētia eſt ipſa met Nobilitas? A. Progreſus teſtātur.Quid amplius,quādo in hac ſcientiarū,ſola eueniat vt cuicunq; Medicum ſe profitēti ſtatim credatur?Dictum de Medicina, dictum de Lege,quia,vt in prima enarratione dictum per nos fuit, Lex & Medicina ſunt ſorores.V. Domine doctor, ſi lubet, dextrā oro vt dextræ,in ſignum veræ amicitiæ & non fictæ,cōiungamus. Et ſpretis omnibus detractorum verbis,dicamus coniunctim, qđ ex iſtis omnibus Sole clarius fit, Medicinam ſcientiam nobiliſſimam & non Artem, poſtquam tu me tua eloquentia & argutijs tuis clarum & firmum feciſti,quia vere (vt verum fatear) Ars eſt, quæ ratione caret;Tu vero quid ſentis?A.Idem profecto.V.Et me non modo fœlicem ſed & fœlicitatis ſatium,& ipſam fœlicitatem non meam ſed tuam æſtimo.A.Audiuiſti ne vnquam de Polycrate,qui fœlicitatem ſpernebat? V.Minime,dicas igitur quæſo.A. Ferunt Polycratem,fœlicitatis ſatietate,annulum in mare proieciſſe.V.Quare?A.Vt haberet quod doleret.Erat enim ei cariſſim'. V.Quid inde?A.Verum fortuna ilico expiſcato piſce, annulū iterum ei reddidit.V.Vtcunque ſit,vnum eſt quod me clarum feciſti & certum nempe,quod Medicina ſit ſcientia nobiliſſima, vere fatendum eſt,& quod ſit vera nobilitas,poſt quam tot ſummi Pontifices,tot Imperatores,tot Reges illam ſummo aplauſu coluerunt, amarunt,& exercuerunt.Et ſi quid,diſputationis gratia,vltra votum tuū dixerim,parcito ſi lubet aueo.A. Parco,quia veluti inhumanitas, quæ απανθρωπια Græce dicitur,eſt,vt diuo Thomæ ſecunda ſecundæ.q.decimaſexta articulo octauo placuit, obduratio cōtra miſericordiam;ita humanitas,quæ Græce φιλανθρωπια appellať, eſt ſubuentio condeſcendendi aliorum defectibus, vt etiam allegato ſuper Pauli epiſtolam ad Titum placuit. Sed cogor dicere

Fit

Digitized by Google

Fit neſcio quo pacto, vt magis in aliis cernamus, ſi forte quid delinquitur, quã in nobiſmetipſis. V. Quidam nempe raræ eruditionis vir, in hunc modum pariter exclamat dicens: Nunc aliqui iuniores inſurgunt, qui potius libidine gloriæ, quam veri ſcientia optimos libros repræhendere conantur. A. Imo nec etiam verentur, regem & diuum Hippocratem taxare: Galenum Medicinæ & Medicorum principem execrari: Cœteroſque doctores demoliri: Me que exibilare. Quapropter cerno & video iſtos nempe recentiores vt plurimum animo quodam maligno commoueri, potius libidine calumniandi, quam ſcientiam (vt dixi) ueri exquirere. V. Eſt & huius ſeculi labes quædam & macula, ſcientiæ inuidere, uel leque ipſum dignitatis florem effringere, immemores quod hominum immortalitas eſt infamia, quæ eſt lęſæ dignitatis qualitas reprobata. A. Illam Apuleius infamationem uocat. Comperij pariter ab omni humanitate alienum eſſe clariſſimis & ſcientificis inuidere. V. Quid ſentis pro inuidia? A. Sentio quod inuidia, ſecũdum Damaſcenum, eſt triſticia de bonis alienis. Vel eſt, ſecundum Hugonem libro vndecimo de Sacramentis, & ſecundum Auguſtinum ſuper pſalmo Conuertitur cor eorum (ſi bene memini) odium alienæ fœlicitatis. Vel ſecundum Ariſtotelem libro vndecimo Topicorum, triſticia in apparenti fœlicitate alicuius. Vnde poeta, ſic belle eam inuidiam deſcripſit, dicens.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies. liuent rubigine dentes,
Pectora felle uirent, lingua eſt ſuffuſa ueneno,
Riſus abeſt, niſi quum uiſi fecere dolores,
Nec fruitur ſomno, uigilantibus excita curis,
Sed uidet ingratos, intabeſcitque uidendo
Succeſſus hominum: Carpitque & carpitur una.
Suppliciumque ſuum eſt.

Subiungit idem pœta paulo infra, illius canens ſeuitiam ſic:

Quacunque ingreditur florentia protrudit arua,
Exuritque herbas, & ſumma cacumina carpit,
Afflatuque ſuo populos, urbeſque, domoſque

Poluit,

Digitized by Google

Polluit,& tandem Tritonida conſpicit arcem.
Ingenijſque, opibuſque,& feſta pace nitentem,
Vixque tenens lachrymas,quia nil lachrymabile cernit.

V.Ergo maximum hominis (vt audio) beneficium atque ſumma laus eſt,hac belua carere.

Quare poeta lepide ait:

Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia.

Vnde illud extat dictum:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

A.Eſt certe,quia inuidia vt plurimum eſt multorum cauſa malorum,vt de Aiace patuit.V.Et quid Aiaci euenit? A.Aiax Telamonius inuidens arma Achillis interfecti data in præmium Vlyſſi, verſus in furias ſe interemit.Hyarbita Maurus dum Tymagenem phyloſophum inter pocula declamantem vellet imitari & non poſſet,inuidia crepuit.V.Quis hoc refert? A. Horatius Epiſtolarum primo,dicens:

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua,
Dum ſtudet vrbanus tenditque diſertus haberi.

Cato Vticenſis victoriam Cæſaris ęgreferens, eiuſque principatui inuidens,ſe occidit.V.Videas oppoſitum de peſſimo Caymo. Videns Caym Abelis fratris ſui fortunas fœliciore ſemper incremento quam ſuas augeri,non ſe,ſed eundem gladio traiecit. Alij dicunt ligone.A.Fuit & quiſpiam Mutius apud Romanos maleuolus,& alienam proſperitatem adeo ęgreferens, vt quũ Publius cum ſolito triſtiorem aliquando vidiſſet,ſtatim dixerit: Aut Mutio neſcio quid incommodi acceſſit, aut neſcio cui aliquid boni. Sibi quiſque habeat quod ſuum eſt.Dicam tamen, quod Ars prima regni eſt,poſſe inuidiam pati. V.Etiam illis facile ignoſcitur, qui non perſeuerare,ſed ab errato ſe reuocare moliuntur. A.Faceſſant igitur, qui in me dicere mendatium conantur. Et ſint populo tanquam oues reijculæ.V.Difficile nempe eſt,in dicendo omnibus ſatisfacere.A.Quã grata lõgum poſt iter deffeſso requies,o Vulge,tam mihi poſt longas diſputationes ambages dulce ſilentium.

tium.

Digitized by Google

tium.Hoc ideo ne in re ſatis aperta plus æquo immoremur,hic finem faciamus. Datur hora prandij & ego fameo,& ridiculus eque nullus eſt,quam dum eſurit. V. Audiui certe a quibuſdam Medicis quod,qui bilioſi ſunt inediam tolerare nequeunt,quia de facili inflamantur. A. Inedia,in bilioſis vere,febres acendit. V. Credo ſiquidem quod veluti oculus alitur ſomno, ita ventriculus cibo. A. Vis ne nobiſcum prandere? Poſtquam nouiſti errorem; & facta fuit inter nos confederatio, plus quam libenter te hoſpitabor, tametſi dicatur in adagio: Diſſimilium infida ſocietas. V. Volo, poſtquam ita auide me cogis & incitas. Domine doctor, ait Ouidius,

Et niger a viridi turtur amatur aue.

Nihil homini amico certe eſt opportuno amicius. A. Manus laua. V. Laui. A. Diſcumbamus, & deſine tuis dictis aliquem rodere. Imo cum Poſidonio vnanimiter ſic canamus:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

V. Dicamus & ſic,ſi libuerit:

Nunc libet has dulci menſas onerare lyæo.
Et rugas triſtes ponere fronte graues.

A. Habuiſti votum tuum, o Vulge? Es ne contentus? V. Sum,& habui,& immortales ago habeoque gratias. A. Igitur ſatis habuiſti, quia,qui cupit,ſi quod cupit habet,id ſatis habet. V. Et tu nota illud Publij dictum,hoc eſt: Beneficium dando accepit,qui digno dedit. O domine doctor,ſerua interim morem vſitatum tuum, & de vetere erga me affectione,nihil adhuc depone. A. Si vero plura tu,& ſtudioſi,de hac re ſcire cupitis,legatis Platonem; & Martinum Acakiam Medicum, phyloſophumque doctiſſimum, in principio Artis curatiuæ ad Glauconem, vbi aſtruit Medicinam ſcientiarum omnium nobiliſſimam,antiquiſſimamq;. Quē virum & ſuperi vita lōgiori,qua certe ob ſingularem eruditionē digniſſimus erat,perfrui dediſſent. Videatis & Petrū Andreā Matthiolū ī epiſtola nūcupatoria ſui Dioſcoridis, vbi īquit: Cū vniuerſā Medicinā nō modo vetuſtiſſimi quiq; ſcriptores, ſed recētiorū quoq; plerique

plerique Dijs immortalibus acceptam referant, eamque ob id nõ immerito ſcientiam antiquiſſimam, celeberrimam, & diuinam exiſtiment: Tum eam præcipue illius partem, quæ medicamentorũ doctrinam pertractat, dignam eſſe cenſent, quæ Dijs ipſis accepta referatur, & plane diuina habeatur. Hæc Matthiolus. Videas & totum opus Hippocratis de Decenti ornatu. Miſſas hic facio diuerſas ac pugnantes interſe modernorum de ſcientia Medicinæ ſententias, ex quibus facile æquus lector æſtimabit, eoſdem nihil horum intellexiſſe, atque adeo nihil mirum ſi reliquis etiam errandi occaſionem præſtiterint. Quas, ne plus æquo uerboſior ſim, prætereo. At ſatis ea de re in præfacione noſtra dictum eſt. Sunt quibus o Vulge, in explicandis ſententijs & authoritatibus inops uideor ac ieiunus. Exiſtimant enim id demum eſſe non Zannum, ſed Magnificum, ſi quis uolumen in immenſum extendat. Iſtis nimirum libuit oſtẽdere, me in cœteris data opera breuiorem eſſe, alioqui non defuturum fuiſſe, quo rem locupletarem, ſi oſtentãdæ copiæ, quam iuuando lectori ſtudere maluiſſem. Iam coronide (ut & tu fateris) inducta conticeſcam, ſatis enim ſuperquam de tuis Vulgi erratis dictũ eſſe puto. Id cogitẽt itaque ueritatis ſtudioſi. Quod præter tenebras nihil offundas, facile uidebũt, qui ea, quæ de ſciẽtia Medicinæ ſcripſerunt, diligenti iuditio perpenderint. At hęc ſufficiant ad confutandum manifeſtiſſimũ tuum errorem, nec plura deſyderabunt, qui ueritatem ex animo amant, reliquos, qui iã in eo errore tanquam ad Sireneos ſcopulos conſenuerunt, nihil moror, quando iſtis nec ipſa quidem ſitho diuerſum perſuadebit. Neque id mirum. Quare tu quiſquis es, qui ſolidam Medicinæ ſcientiam ex animo ſitis, diſce aliorum periculo, delectumque legendis authoribus adhibe. Ita ne Blatratorum inſcitia vniuerſus Medicinæ decor pereat, quem ſaxint ſuperi, doctorum omnium ſtudijs recuperandis. Nam etſi uniuerſa hoc uolumine non complexus ſum id enim non unius occupati hominis labor eſt, poterunt tamẽ ſtudioſi inſtar horũ facile reliqua ẽt deprænhendere, modo diligenti examine iuniorũ dicta ad veterum placita ac rationem ipſam exigant. Ego certe nullo alio nomine ac numine in

hunc

hunc reſpondendi cam pum diuerti, niſi vt Medicinæ ſcientiam protellerem, quia, vt ſacra teſtatur pagella: Maledictus homo, bui famam ſuā negligit. Et vt ſtudioſis viam prꝑſtruerē, anſamq; præberem, vt & ipſi arrepta barbito dultius, de ipſa ſonarent. Quod ſi meum hunc laborem probauerint, tum quicquid vitæ & otij ſupereſt, ita i jce curis impeitiar, vt ſtudioſorum ſubſeruiat commodis. Scio namque complures ſciolos hanc meam lucubratiunculam cerbereo latratu impetituros, ſed rumpantur ad necem vſque. Vale, & boni conſule.

V. Aſpettate priego, purche non vi ſia noia S. Arma, vorrei dirli ancor due parol line delli duoi della Medicina rubelli, è volgari, cioè Theophraſto Panaceſſo, & Leonardo Fior auanti, è dietro ſpine. Non vi fate marauiglia però ch'io ve lo dica nella volgare lingua, queſt o ſo perche ancor loro ſono volgari, & accio meglio da tutti ſuo errore ſia inteſo. A. Dite ciò che volete. V. Non mi tormento già ch'el Panaceſſo.

Diceſſi contra'l dott'e buon Galeno,
A. Per che? V. è gliera ſi di nettar pieno
Ch'il ſenſo è l'intellot' hauea dopreſſo.
Ma che diro d'il Fiorauant' iſteſſo?
Al qual ſi douerebbe puor il freno,
E farli dar d'il muſo nel terreno,
Puoi che biaſmand' altrui biaſma ſe ſteſſo?
A. Indegna mente ſi adimanda Medico
Chi della ſacra e ſanta Medicina
Si chiama profeſſor' e puoi maledico.
V. E non ſa profferir coſa Latina.
E vole miſurar com' Aritmetico
Il ſaper di dott' e d'ogni dottrina.

A. Quanto mi duole d'il buon Fiorauanti,
Che ſij caſcat' in tanto grand' eſceſſo,
Che biaſmando l'altrui, biaſmi ſe ſteſſo.
Coſa non già da lui, ma da furſanti.

I La Me-

Digitized by Google

La Medicina ſo coſa da Santi,
Dono gratuito, è puoi dal ciel conceſſo;
Lodata, V. ſaluo che da lui iſteſſo.
A. Tenuta degna da Heroi tanti.
V. O alm'Iddio, o ſacr'e ſant' Appolo
Com'eſſer puo ch'vn ſciocch'e rozz'ingegno,
Poſto (non già da voi) nel ſacro ſtuolo
Di Medici, ancor che ſij indegno,
Habbiate tolerato, che lui ſuolo
Biaſmaſſe tutti voi con grau'iſdegno?

L'amor mi ſperona, l'honor mi muoue, la verita mi cazza dir quel ch'io non penſauo. Il ſer Fiorauanti, Signor Arma, nel ſuo Specchio di ſcientia vniuerſale (che coſi lo adimãda) iui diman da la Medicina, Arte, com'iddiota. A. E puoi quella puone tra le Scientie? V. Più, dimanda quel degn'e dott'Hippocrate: quel ſapiente & aſtuto Galeno, ignoranti, falſi, è maligni, A. falſamente, come da dotti, vetidici, & degni authori, è famoſi ſe ne puo far fede. V. Et in vece di loro antepuone Raimondo Lullio, authore dal ſacro e ſanto Concilio dannato: & Rainaldo da Villano ua chimici. A. Oh degno paragone. V. Degno ſi, à ſuo giudicio rozzo. Più (nol poſſo d'ira e ſdegno quaſi proferir: La ſenape tanto del naſo nimica, nõ più mi tormentarebbe il ſenſo del odorato, quanto mi ſdegna il mal dir di coſtui) danna Eſculapio, Pitagora, Empedocle, Parmenide, Democrito, Chirone, Peonio ſpecchi di dottrina. A. Liquali foreno da li Gentili, non ſuolo per Dei tenuti, ſi etiandio dicatogli ſacri tempij, ſi come conſermo Hippocrate ſcriuendo a li Abderiti: doue dice ancora la Medicina eſſer dono d'Iddio, & da ogni ſeruitù libera. Vedeſi il terzo epigramma ſopra la ſepultura di Platone poſto ciò che dice. V. Che coſa dice ditelo, ſe me amate? A. Dice tale parolle: Febo generò Eſculapio e Platone acciochè quello a i corpi, queſto a gl'animi medicaſſe. Veda veda Diogene Laertio ciò che canta biaſmando, chi coſtoro vitupera. Legaſi il medemo Hip-

I 1 pocrate

pocrate nel libro del Decente ornato ſin'al fine. Alliquali dourebbe fare di beretta à glioſſe loro. V.

Diro donque coſſi in fauore loro:

Dica pur di coſtor s'il dir'il ſpira
Ch'unque in mal dir ſua voglia bram'e ſatia.
Dica s'el dir gle buon'e non ſuoſpira,
Non temi l'auenir, ma che ſi ſpatia,
N'el ſuo mal dir, dir mal'e non s'addira
Accio ch'el ſu'addirar tutto nol ſtratia.
Dica pur mal di lor chi vol dir, dica,
Ch'a chiunque dira mal ſi fa la fica.

A. Sarebbe forſe coſtui vn Ariſtippo Cirenenſe, il quale era nimico di tutti li buoni? Vituperi li vitij, s'alcuni ſe ne troua, coſa che non ritrouaraſſi in coſtoro, coſſi foſsi in lui, e non le perſone, lequali mai ha ne vedute meno conoſciute, che l'vn e da amico, l'altro da nimico. S'habbi in odio non gli huomini ma gli errori. Raccordaſi ancora quando ha à vituperare alcuno, che la natura de le coſe de luoghi e de tempi e habundantiſſima: e niuno puo eſſere coſi buono, ne coſi ſauio, che non ſi poſſa vn'altro di lui migliore e più ſauio ritrouare: & per il cõtrario niuno eſſere tanto ſciocco e triſto che nõpoſſa eſſere vn'altro di lui più ſciocco è più triſto. V. Ha parlato coſtui in modo tale, che fa a molti, rozzi d'ingegno, venir voglia di ſprezzare la Philoſophia, e Medicina. A. Nõ ha donq; letto Cratillo, diſcepolo di Heraclito, e di Hermogene che la Philoſophia di Parmenide difendeua. V. Parla etiandio talmente, che cõſiderando la vita ſua, ſei ſforzato ancor tu vituperare la medeſima. A. A tale adonq; io lodarei ogniuno a nõ immitar le ſciocchezze di coſtui. V. Direi volũtieri, che coſtui nõ è ni Philoſopho, ni Medico, meno Caualliero. A. Eglie vn'huomo. V. Vn'huomo donque, che ſi perſuade ſaper più delli altri. Coſa ch'il voſtro Hippocrate, tanto ſauio, non ſi perſuaſe mai, anci mi pare hauer letto, che ſcriuendo lui à Democrito, che all'hora ch'egli ne la ſua vecchiezza ſi ritrouaua ancora non gli pareua al fin della Medicina eſſere arriuato.

I 2 A. Glie

A. Glie il vero. V. Si puo donque dir'a coſtui:
Chi Aſin'e, è Cauall'eſſer ſi crede,
Si troua vn Caſtron, e tutt'huom'il vede.

A. Certo non me ne marauiglio, per che egli deue per natura ſua, e per vſanza eſſer fatto tale, che non puo lodar perſona, ſi bene vituperarlaſe la lodaſſe. V. Peggio e che in luocho di coſtoro detti di ſuopra, eſalta duoi Ciurmatori, liquali tralaſſo nel grado loro. A. Quali? V. Vn'Agnuolo Rizzo, è Franceſco da San Marcho bottigari, cauadenti, Deggio dir'il reſto? A. Non ſo, for ſi nõ per honeſta. V. Dirollo pure per neceſſità: è caſtratori. E chi contro di lui non ſi ſdegnarebbe, s'è veridico, e galante, e degno Medico? Che ne dite voi Signor Arma? E che ve ne aſſomiglia? M'aſsicuro direte com'io. A. Io vi riſpondo quello che gia diſſe Socrate. V. E che diſſe? A. Che la vita de gli huomini ſi conoſce al ſuono come ancora la bonta de i vaſi. Per il che trouando egli vna volta per la ſtrada vn certo che niente diceua, gli diſſe: Di gratia parla accio ch'io ti vegga, e conoſca. Per certo l'huomo non dourebbe mai far ne dir tutto quello che l'ira gli pſuade, ma quello che la ragion gli cõſiglia, per che, vn'huomo ſenſato, da bene, qualifficato, non ſolamente die moſtrar la grauita ſua nelle opere, che fà, e nelle pratiche, che ode, ma anco nelle parolle che parla. E ſopra tutto deue guardarſi, che mentre con parolle, gl'altrui coſtumi riprende, non ſiano i coſtumi ſuoi e le ſue parolle da altrui ripreſe. Puoteua'l buon Fiorauanti dir di ſe, al modo ſuo, quel che voleua, è più honore gli ſarebbe ſtato, ò almeno men biaſmo haurebbe riceuuto. V. E non ſprezzar coſtoro. A. Si, alli quali eglie impoſſibile eſſerui mai più ſimili. Dio ſa ch'io non vorrei dirlo, ma all'vltimo non poſſo laſciar di confeſſarlo. Voleſſe Iddio che tale foſſe lui, quali foreno loro. Diamogli donque queſta perdonanza e licenza di parlare. In verità eſſendo verò e manifeſto nimico a ſe ſteſſo, non puo eſſere vero amico de gli altri, ancor che honorati e degni. V. Ch'el ſi gouerni ſano, e ſtij alegro, e vadi, come diceua Empaminonda, in buon'hora. A. E che ſoleua dir Epaminonda? V. Epaminonda il Greco ſoleua dir,

che

che fin'alla età di trenta anni ſi douea dir a gli huomini: Siate ben venuti. A. Perche? V. Per cio che allhora par che venghino al mondo: Da i trẽta anni fin'a i cinquanta, ſe gli douea dire: Ben ſtate, per che allhora ſenteno che coſa è il mondo: Da i cinquanta in dietro, ſi douea dirli: Andat'in buon'hora, imperoche allhora par che cominciamo a tuor licenza dal mondo. Et con queſto mi raccomando Signor Arma fin'alla riueduta. A. Aſpettate, non tant'in fretta. V. Che vi piace aſpettò. A. Vi conſeglio, vi inanimo non ne parliate più di queſte coſe. E voglio vi dimentichiate queſt'ingiuria che vẽdicarla: per cio che Aleſſandro Màcedone diceua, di maggior cuore ha di biſogno l'huomo, per pdõnare al ſuo nimico, che per amazzarlo. So che direte: Se gli e coſa giuſta che i ben fattori ſiano premiati, non ſara parimẽti coſa giuſta che i bugiardi, come mal fattori, ſi caſtighino? Glie vero, non dimeno dico coſſi: Le coſe che alla guerra pertengono, il Signor ſuperiore noſtro debbe deciderle. Quelle che alla republica appertengono, la legge: Quelle della conſcienza, il confeſſore. Quelle della robba, la giuſtitia. V. Ma quelle che toccano all'honore? A. Con le arme. Coſa che a nuoi non e lecita. Et per eſſer lui (come dice) Caualliero podreſte forſe perder voi il duello. V. Forſe che non. A. E ben vero che ſi come ha mancato in vna delle cinq; coſe che fan'il Caualliero, forſe puotrebbe perderlui amancando nella quinta. Nondimeno, non vi mettiate a tal riſchio vi perſuado. V. Che coſa fà vn Caualliero eſſer Caualliero? è quali ſono le cinque coſe da voi acennate Signor Arma? A. Eglie queſto, e ſono queſte: l'eſſer moderato nel parlare: largo nel donare: honeſto nel viuere: tenero nel perdonare: & animoſo nel combattere. V. Volete voi donque dire che ha mancato nella moderanza del parlare? S'io gli perdono e nõ ne parli più, ſaro donque Caualliero come lui, per eſſer che io oſſeruaro vna delle cinque coſe? A. Queſto nõ dico io. Diro bene che quantonq; vna perſona ſia di ſangue illuſtre, & nelle faculta di abundante, eſſendo nel parlare diſcorretto: nel mangiare vorace: nella natura ambitioſo: nella conuerſatione maligno. in acquiſtar robba ſolleci-

to:

Digitized by Google

to: nell'auerſità impatiente: & nel combattere puſillanimo: queſto tale nõ ſi puo dire Caualliero. V. Caualliero almeno come lui. A. che guard'il Fiorauãti con qual bel modo, con che modeſtia ꝗl degno Caualliero Gioãni Pico Mirãduolano, ſpecchio di ſcieza, ha detto contra Galeno ſenza ingiuriarlo, anci nel riprenderlo, lo loda, al decimoſeſto capo del terzo libro contro la Aſtrologia. Raccordateui, con tutto ꝗſto, che ſiamo Chriſtiani. Tutte le volte che vi ramentarete, che ſete Chriſtiano, vi piacera delle offeſe, che hauerete diſſimulato, & vi diſpiacera delle ingiurie, che hauerete vendicato, che tale deue eſſer l'officio del Chriſtiano. Diro bene che le leggi in tal modo l'infamia aborriſcono, e le male lingue hanno in odio, che ancora rigidamente coloro puniſcono, che bruttamente parlano. Ma io non voglio che da le leggi niente ſimile a queſto dimandiate. Per che io non vorrei che per cagion voſtra le publiche leggi faceſſero male a perſona. Dica pure queſt'huomiciolo la ſua opinione de la Medicina. Non voglio (ſe mi crederete) che di ſuoi detti, ſi come ancora Socrate, e Zenone faceuano ponto ſe ne curiamo: & ſeguitiamo Heraclito, è Talete, che tutte le coſe de i mortali, ò buone, ò triſte, mentre che par che naſcano, mãcano, diceuano il che ſara lui. Queſto ſuolo baſti a voi, che voi habbiate moſtrato non vn piccoliſſimo cenno, ch'a voi diſpiace, la Medicina eſſer poſta in preda ad eſſer lacerata da ſi fatte gienti. V. Faro donque ſi come mi eſortate, puoi che mi e perſuaſo da chi mi può commandare: Non ne parlaro più. Sia detto di queſt'a baſtanza. State con Iddio. A. E voi ancora.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE